




IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



6"



Photographic Sciences Corporation

**23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503**

EE
128
127
126
125
124
123
122
121
120
119
118

**CIHM/ICMH
Microfiche
Series.**

**CIHM/ICMH
Collection de
microfiches.**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1982

Technical and Bibliographic Notes/Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

- Coloured covers/
Couvercle de couleur
- Covers damaged/
Couvercle endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couvercle restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distortion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may
appear within the text. Whenever possible, these
have been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.
- Additional comments:/
Commentaires supplémentaires:

L'Institut a microfilmé le meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Includes supplementary material/
Comprend du matériel supplémentaire
- Only edition available/
Seule édition disponible
- Pages wholly or partially obscured by errata
slips, tissues, etc., have been refilmed to
ensure the best possible image/
Les pages totalement ou partiellement
obscures par un feuillet d'erreurs, une pelure,
etc., ont été filmées à nouveau de façon à
obtenir la meilleure image possible.

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
				/						
12X	16X	20X	24X	28X	32X					

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:


Library of the Public Archives of Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol → (meaning "CONTINUED"), or the symbol ▽ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:


La bibliothèque des Archives publiques du Canada

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.


Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole → signifie "A SUIVRE", le symbole ▽ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.



RITUALE
ROMANUM



CAROLUS-FRANCISCUS BAILLARGEON

MISERATIONE DIVINA, ET SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ GRATIA
ARCHIEPISCOPUS QUEBECENSIS.
ASSISTENS SOLIO PONTIFICALI, ETC. ETC.

OMNIBUS HAS VISURIS SALUTEM IN DOMINO

Hanc RITUALIS ROMANI editionem in-8°, ut vocant, typographi
P. G. DELISLE opera absolutam, et cum exemplari romano, typis
S. Congregationis de propaganda Fide, anno MDCCCLXIV ex-
euso, fideliter concordantem, collatione facta, approbamus et
evulgandi licentiam damus.

Datum Quebeci sub nostris signo sigilloque, ac Secretarii
nostrri chirographo, die vigesima quinta mensis Septembris anni
MDCCCLXIX.

✠ C. F. ARCHIEPISCOPUS QUEBECENSIS.

De mandato Illustrissimi et Reverendissimi
DD. Archiepiscopi Quebecensis.

Loco ✠ Sigilli.

C. BAILLARGEON, Pter. Seeret.

RITUALE ROMANUM

PAULI V. PONTIFICIS MAXIMI

JUSSU EDITUM

ET A BENEDICTO XIV

AUCTUM ET CASTIGATUM

CIVI

AD USUM MISSIONARIORUM APOSTOLICORUM NOVA NUNC
PRIMUM ACCEDIT BENEDICTIONUM ET
INSTRUCTIONUM APPENDIX

QUEBECI

APUD P. G. DELISLE, TYPOGRAPHUM

M D C C C L X V

(
cu
ad
na
gi
at
fid
F.
en
ab
de
su
co
tel
Br
po
V
ne
mo
ad

sec

SS. DOMINI NOSTRI
BENEDICTI XIV.

DISCIPULI FELICITER

In forma Brevis de nova *Ritualis, Ceremonialis Episcoporum,*
neenon et *Romani Pontificalis* editione,
ex quibus selegimus que Rituale tantummodo spectant.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quam ardenti studio, incredibili sollicitudine, assidua
cura, et indefesso, diurnoque labore, adhibitis etiam,
accitisque undequaque viris in Sacra Doctrina, discipli-
naque Ecclesiastica versatis, æque ac de rerum Litur-
gicarum peritia peritissimis, sedulam operam navaverint,
atque contendenterint Praedecessores Nostri Romani Ponti-
fices, ut Rituale Romanum, Cæmoniale Venerabilium
Fratrum Episcoporum, et Pontificale Romanum, sive
emendatis erroribus, sive correctis inordinationibus, sive
ablatis inutilibus, sive restitutis necessariis, ad eam tan-
dem formam, normamque, juxta quam de præsenti usui
sunt, maximo cum omnium virorum Ecclesiasticorum
commodo et utilitate redigerentur; præstat in primis in-
telligere ex ipsis præsertim Apostolicis in simili forma
Brevis litteris eorumdem Praedecessorum Nostrorum, qui
post S. Pium Papam V. felicis recordationis, Clemens
VIII. Innocentius X. Paulus V. Urbanus VIII. et Be-
neditus XIII. ad gravissimum, dignissimumque hujus-
modi opus omnibus numeris absolvendum sese pro viribus
addixerunt.

Tenores autem memoratarum litterarum sunt, qui
sequuntur. Ac primum quidem pro Rituale Romano.

PAULUS PAPA V. *ad perpetuam rei memoriam.* Apostolice Sedi per abundantiam Divinae gratiae, nullis suffragantibus meritis, praepositi, Nostræ sollicitudinis esse intelligimus, super universam Domum Dei ita invigilando intendere, ut opportunis in dies magis rationibus provideatur, quo, sicut admonet Apostolus, omnia in ea honeste, et secundum ordinem fiant, præcipue vero quæ pertinent ad Ecclesie Dei Sacramentorum administrationem, in qua religiose observari Apostolicis traditionibus, et Ss. Patrum Decretis constitutos Ritus et Cæremonias pro Nostri officii debito curare omnino tenemur. Quamobrem fel. rec. Pius Papa V. Praedecessor noster, hujus Nostri tune Sui officii memor, ad restituendam sacrorum Rituum observationem in saerosaneto Missæ Sacrificio, divinoque Officio, et simul ut Catholica Ecclesia in Fidei unitate, ac sub uno visibili capite B. Petri successore Romano Pontifice congregata, unum psallendi et orandi ordinem, quantum cum Domino poterit, teneret, Breviarium primum, et deinde Missale Romanum, multo studio et diligentia elaborata Pastorali providentia edenda censuit. Cujus vestigia eodem sapientiae spiritu secutus similis memoriae Clemens Papa VIII. etiam Praedecessor Noster, non solum Episcopis, et inferioribus Ecclesiae Prælatis accurate restitutum Pontificale dedit, sed etiam complures alias in Cathedralibus et inferioribus Ecclesiis cæremonias promulgato Cæremoniali ordinavit. His ita constitutis, restabat, ut uno etiam volumine comprehensi, sacri et sinceri Catholicae Ecclesie Ritus, qui in Sacramentorum administratione, aliisque Ecclesiasticis functionibus servari debent, ab iis, qui curam animarum gerunt, Apostolicae Sedis auctoritate prodirent, ad cuius voluminis præscriptum, in tanta Ritualium multitudine, sua illi ministeria tamquam ad publicam et obsignatam

normam pergerent, unoque ac fidi duetu inoffenso pede ambularent cum consensu. Quod quidem jampridem agitatum negotium, postquam Generalium Conciliorum grecce latineque divina gratia editorum opus morari desivit, solleite urgere Nostri muneric esse existimavimus. Ut autem recte, et ordine, ut par erat, res ageretur, nonnullis ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, pietate, doctrina et prudentia praestantibus, eam demandavimus, qui cum consilio eruditorum virorum, variisque praesertim antiquis, et, que circumferuntur, Ritualibus consultis, coque in primis, quod vir singulari pietatis zelo, et doctrina bona memoriae Julius Antonius S. R. E. Cardinalis S. Severinae nuncupatus, longo studio, multaque industria et labore plenissimum composuerat, rebusque omnibus mature consideratis, demum divina aspirante clementia, quanta oportuit brevitate, Rituale confecerunt. In quo cum receptos et approbatos Catholicae Ecclesiae Ritus suo ordine digestos conspexerimus, illud sub nomine Ritualis Romani merito edendum publico Ecclesiae Dei bono judicavimus. Quapropter hortamur in Domino Venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos, et Episcopos, et dilectos Filios eorum Vicarios, nec non Abbes, Parochos universos, ubique locorum existentes, et alios, ad quos spectat, ut in posterum tamquam Ecclesiae Romanæ filii, ejusdem Ecclesiae omnium matris et magistri auctoritate constituto Rituall in sacris functionibus utantur, et in re tanti momenti, que Catholica Ecclesia, et ab ea probatus usus antiquitatis statuit, inviolate observent.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XVII. Junii MDCXIV. Pontificatus Nostri Anno X.

S. COBELLUTIUS.

Quæ vero pro Ceremoniali Episcoporum referuntur Bullæ CLEMENTIS VIII. incip. Cum novissime. INNOCENTII X. Etsi alias. BENEDICTI XIII. Licet alias. *Item quæ pro Pontificali Romano CLEMENS VIII. Bulla incip.* Ex quo in Ecclesia. *Atque URBANUS VIII.* Quamvis alias. *statuere, brevitas gratia hic omittuntur.* *Sequitur Bulla:* Quoniam autem pro paterna charitate vehementer cupientes, ut Christi Fidelibus in articulo mortis constitutis, quoad fieri posset, universis Apostolica Benedictio Nostro nomine impertiretur, et Plenaria omnium suorum peccatorum Indulgencia clurgiretur, per alias Nostras sub Plumbo litteras Ann. Incarn. Dom. MDCCXLVII. Nonis Aprilis, Pontificatus Nostri anno VII. datas omnibus Ecclesiarum Antistitibus hujusmodi facultatem sub certis modo et forma expressam tribuimus, atque insimul Formulam Benedictionis, et Indulgentiæ hujusmodi dandæ præscripsimus, quemadmodum Eneyelicam etiam nostram Epistolam die XIX. mensis Martii anno MDCCXLIV. ad dilectos Filios Generales Ordinum Regularium, quibus a S. Sede indulta, vel indulgenda erat facultas Pontificiam Benedictionem effundendi super populum statis diebus, scripseramus super modo et ritu, quibus prædicta Benedictio danda est.

Præterea ad nonnullas lites et controversias exortas e medio tollendas itidem per alias nostras in simili forma Brevis litteras confirmaveramus leges et instituta Cærimonialia jussu Nostro edita pro Provinciarum Præsidibus, Gubernatoribus, Prælatis et Apostolicis Vicelegatis, quæ sunt tenoris sequentis.

Bulla BENEDICTI XIV. incip. Quod Apostolus, *pro Ceremoniali Episcoporum hic omittitur.*

Insuper Formulam itidem Benedictionis, et Traditionis Pallii, ac jurisjurandi a Procuratoribus absentium Ar-

chiepiscoporum, antequam a Dilecto Filio nostro S. R. E. Cardinali Diacono idem Pallium accipient, ipsorum Archiepiscoporum nomine praestandi per Nostram Constitutionem die XII. mensis Augusti anno MDCCXLVIII. sub Plumbo expeditam statuimus.

Porro accedit ad huc methodus quoque Scholæ Sacrorum Rituum in Gregoriano Collegio Romano hujus alme Urbis Nostræ Nobis approbantibus institutæ non sine uberi per hoc tempus in Sacris Ritibus addiscendis profectu, aliarumque ad instar ejusdem Scholæ, alibi jam erectarum, vel erigendarum, quæ methodus multis in libris, et præcipue in decimo operum Nostrorum Volumine Romanæ editionis reperitur inserta, plurimumque a Nobis commendatur, eamque plurimum studiosis Sacrorum Rituum prodesse compertum est.

Ea propter eum Nobis a quamplurimis supplicatum fuerit, ut typis iterum reimprimendi Rituale Romanum, Cærimoniale Episcoporum, et Pontificale Romanum hujusmodi, et non solum in iisdem antedicta omnia a Nobis statuta addendi, verum etiam Nostro jussu in lucem emittendi, licentiam de Apostolica benignitate et auctoritate concedere et indulgere dignaremur: Nos itaque probe scientes, et experientia loci quantum proposit, ut in uno volumine simul collecta ad manum sint ea omnia, quæ sparsim ac divisim impressa inveniuntur, et considerantes quantam hujusmodi collectio utilitatem memoratæ Scholæ Liturgicæ in Collegio Soc. Jesu ejusdem alme Urbis Nostræ a Nobis institutæ, aliquique ubique locorum erectis afferre possit; Apostolica Auctoritate tenore præsentium communibus tot insignium Virorum ac Præsulum votis et supplicationibus benigne annuentes, facultatem tribuimus et impertimur, ut Rituale Romanum, Cærimoniale Episcoporum, ac Pontificale Roma-

num sub iisdem modo et forma, quibus de præsenti im-
pressa reperiuntur, et usui sunt, una simul cum omni-
bus et singulis, quæ ut superius relatum est, a Nobis
præscripta, ordinata, et publici etiam juris facta sunt,
neenon cum sæpe dicta methodo Scholæ Sacrorum Rituum
in Operibus Nostris jam editis inserta jussu Nostro, non
obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus,
typis reimprimantur, et in lucem emittantur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo
Piscatoris die XXV Martii Anno MDCCCLII. Pontifi-
catus Nostri anno XII.

CAJETANUS AMATUS.



DE IIS
QUE IN ADMINISTRATIONE SACRAMENTORUM
GENERALITER SERVANDA SUNT.

Ut ea, que ex antiquis Catholice Ecclesie institutis, et sanctorum Canonum, Summorumque Pontificum Decretis, de Sacramentorum Ritibus ac Ceremoniis hoc libro prescribantur, qua pars est diligentia ac religione custodiantur, et ubique fideliter observentur; illud ante omnia seire, et observare convenit, quod Sacrosancta Tridentina Synodus sess. 7. can. 13. de iis Ritibus decrevit in haec verba: *Si quis dixerit, receptos et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in solemni Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato a Ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quemcumque Ecclesiarum Pastorem mutari posse: anathema sit.*

Cum igitur in Ecclesia Dei nihil sanctius, aut utilius, nihilque excellentius, aut magis divinum habeatur, quam Sacraenta ad humani generis salutem a Christo Domino instituta, Parochus, vel quisvis alius Sacerdos, ad quem eorum administratio pertinet, meminisse in primis debet, se sancta tractare, atque omni temporis momento ad tam sanctae administrationis officium paratum esse oportere.

Quamobrem illud perpetuo enrabit, ut integre, caste, pieque vitam agat; nam etsi Sacraenta ab impuris coquinari non possint, neque a pravis Ministris eorum effectus impediri: impure tamen et indigne ea ministrantes, in aeternae mortis reatum incurunt. Sacerdos ergo, si fuerit peccati mortalis sibi conscient, quod absit, ad Sacramentorum administrationem non audeat accedere, nisi prius corde peniteat; sed si habeat copiam Confessarii, et temporis, locique ratio ferat, convenient confiteri.

Quacumque diei, ac noctis hora ad Sacraenta ministranda vocabitur, nullam officio suo prestante, prasertim si necessitas urgeat, moram interponat, ac propterea populum saepe, prout sese offert occasio, praemonebit, ut cum sacro ministerio opus fuerit, se quamprimum advocet, nulla temporis, aut ejusdemque incommodi habita ratione.

Ipse vero antequam ad hujusmodi administrationem aeedat, paullulum, si opportunitas dabitur, orationi, et sacre rei, quam aucturus est, meditationi vacabit, atque ordinem ministrandi, et ceremonias pro temporis spatio previdebit.

In omni Sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus, et desuper stola ejus coloris, quem Sacramenti Ritus exposcit; nisi in Sacramento Poenitentie ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat.

Adhicabit quoque anum saltum, si habeat, vel plures Clericos, prout loci, et Sacramenti ratio postulabit, decenti iubitu, et superpelliceo pariter indutos.

Curabit etiam, ut sacra supplex, vestes, ornamenta, lnteamina, et vasa ministerii integrj, nitidaque sint, et munda.

In Sacramentorum administratione corum virtu.em, usum, ac utilitatem, et ceremoniarum significaciones, ut Concilium Tridentinum praecepit, ex Ss. Patrum et Cathechismi Romani doctrina, ubi commode fieri potest, diligenter explicabit.

Dum Sacramentum aliquod ministrat, singula verba, quæ ad illius formam et ministerium pertinent, attente, distinet, et pie, atque clara voce pronunciabit. Similiter et alias Orationes, et preces devote ac religiose dicet; nec memorie, quæ plerumque labitur, facile confidet, sed omnia recitat ex libro. Reliquas præterea Cærenonias ac Ritus, ita decenter, graviique actione peraget, ut adstantes ad celestium rerum cogitationem erigat, et attentos reddat.

Ad ministrandum procedens, rei quam tractaturus est, intentus sit, nec de iis, quæ ad ipsam non pertinent, quidquam cum alio colloquatur; in ipsaque administratione actualem attentionem habere studeat, vel saltem virtualem, cum intentione faciendi, quod in eo facit Ecclesia.

Illiud porro diligenter caveat, ne in Sacramentorum administratione aliquid quavis de causa vel occasione, directe vel indirecete exigat, aut petat; sed ea gratis ministret, et ab omni simoniae, atque avaritiae suspicione, nedum crimine, longissime absit. Si quid vero nomine eleemosyna, aut devotionis studio, peracto jam Sacramento, sponte a Fidelibus offeratur, id licite pro consuetudine locorum accipere poterit, nisi aliter Episcopo videatur.

Fidelibus aliena Parochia Saeramenta non ministrabit, nisi necessitatis causa, vel de licentia Parochi, seu Ordinarii.

Omnes autem, qui Saeramenta suscipiunt, loco et tempore opportuno monebit, ut remoto inani colloquio, et habitu, actuque indecenti, pie ac devote Sacrementis intersint, et ea, qua par est, reverentia suscipiant.

Librum hunc Ritualem, ubi opus fuerit, semper cum ministrabit, secum habebit, Ritusque et Cærenonias in eo præscriptas diligenter servabit.

Ceterum illorum tantum Saeramentorum, quorum administratio ad Parochos pertinet, Ritus hoc opere prescribuntur, cuiusmodi sunt Baptismus, Penitentia, Eucharistia, Extrema unctione, et Matrimonium. Reliqua vero duo Saeramenta Confirmationis, et Ordinis, cum propria sint Episcoporum, Ritus suos habent in Pontificali præscriptos. Et ea, quæ de iis, atque aliis Saeramentis scire, servare, et docere Parochi debent, cum ex aliis libris, tum præcipue ex Catechismo Romano sumi possunt. Siquidem hic de iis fere tantum agere instituti operis ratio postulat, quæ ad ipsorum quinque Saeramentorum Ritus pertinent.

Postremo quisquis Saeramenta administrare tenetur, habeat libros necessarios ad officium suum pertinentes, eosque præser-tim, in quibus Parochialium functionum notæ ad futuram rei memoriam describuntur, ut ad finem hujus Ritualis habetur.

DE SACRAMENTO
BAPTISMI
RITE ADMINISTRANDO

Sacrum Baptisma, Christiane Religionis et aeternæ vita janua, quod inter alia novæ Legis Sacra menta a Christo instituta, primum tenet locum cunctis ad salutem necessarium esse, ipsa Veritas testatur illis verbis: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei* (Jo. 3.). Itaque summa ad illud opportune, riteque administrandum ac suscipiendum diligentia adhibenda est.

Cum autem ad hoc Sacramentum conferendum alia sint de Jure divino absolute necessaria, ut materia, forma, minister; alia ad illius solemnitatem pertineant, ut Ritus, ac Ceremoniae, quas ex Apostolica et antiquissima traditione acceptas et approbatas, nisi necessitatibus caussa, omittere non licet; de iis aliqua premonenda sunt, ut sacrum hoc ministerium rite et sancte peragatur.

DE MATERIA BAPTISMI

Ac primum intelligat Parochus, cum hujus Sacramenti materia sit aqua vera ac naturalis, nullum alium liquorem ad id adhiberi posse.

Aqua vero solemnis Baptismi sit eo anno benedicta in Sabbato Sancto Paschatis, vel Sabbato Pentecostes, quæ in fonte mundo nitida et pura diligenter conservetur; et haec quando nova benedicta est, in Ecclesiæ, vel potius Baptistérii sacrarium effundatur.

Si aqua benedicta tam imminuta sit, ut minus sufficere videatur, alia non benedicta admisceri potest, in minori tamen quantitate.

Si vero corrupta fuerit, aut efflexerit, aut quovis modo defecerit, Parochus in fontem bene mundatum ac nitidum, recentem aquam infundat, eamque benedicat ex formula, quæ infra prescribitur.

Sed si aqua conglaciata sit, curetur, ut liquefiat: sin autem ex parte congelata sit, aut nimium frigida, poterit parum aquæ naturalis non benedictæ calefacere, et admiscere aquæ baptismali in vaseculo ad id parato, et ea tepescata ad baptizandum uti, ne noceat infantulo.

DE FORMA BAPTISMI

(uoniam Baptismi forma his verbis expressa: *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti*, omnino necessaria est, ideo eam nullo modo licet mutare, sed eadem verba uno et eodem tempore quo fit ablutio pronuncianda sunt.

Latinus Presbyter latina forma semper utatur.

Cum Baptismum iterare nullo modo licet, si quis sub conditione, de quo infra, sit baptizandus, ea conditio explicanda est hoc modo: *Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, etc.* Hac tamen conditionali forma non passim aut leviter uti licet, sed prudenter; et ubi, re diligenter pervestigata, probabilis subest dubitatio, infinitem non fuisse baptizatum.

Baptismus licet fieri possit aut per infusionem aquae, aut per immersiōnēm, aut per aspersiōnēm; primus tamen, vel secundus modus, qui magis sunt in usu, pro Ecclesiārum consuetudine retineantur; ita ut trina ablutiōne caput baptizandi perfundatur, vel immergatur in modum Crucis uno et eodem tempore, quo verba proferuntur, et idem sit aquam adhibens et verba pronuntians.

Ubi vero Baptismus fit per infusionem aquae, cavendum est, ne aqua ex infantis capite in fontem, sed in sacrarium Baptisterii prope ipsum fontem extructum defluat, aut in aliquo vase ad hunc usum parato receptam, in ipsius Baptisterii, vel in Ecclesiæ sacrarium effundatur.

DE MINISTRO BAPTISMI

Legitimus quidem Baptismi minister est Parochus, vel alius Sacerdos a Parocho, vel ubi Ordinario loci delegatus; sed quoties infans, aut adultus versatur in vitae pericolo, potest sine solemnitate a quocumque baptizari in qualibet lingua, sive Clerico, sive Laico etiam excommunicato, sive Fideli, sive Infideli, sive Catholico, sive Haeretico, sive viro, sive foemina, servata tamen forma et intentione Ecclesie.

Sed si adsit Sacerdos, Diacono preferatur, Diaconus Subdiaco-no, Clericus Laico, et vir foeminae, nisi pudoris gratia deceat foemina potius, quam virum baptizare infantem non omnino editum, vel nisi melius foemina sciret formam et modum baptizandi. Quapropter curare debet Parochus, ut Fideles, praesertim obstetrics, rectum baptizandi ritum probe teneant et servent.

Pater, aut mater propriam prolemp baptizare non debent, praeterquam in mortis periculo, quando alius non reperitur, qui baptizet; neque tunc ullam contrahunt cognationem, quæ matrimonii usum impedit.

DE BAPTIZANDIS PARVULIS

Opportune Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes, sive baptizandos, sive baptizatos, quamprimum fieri poterit, ea qua decet Christiana modestia sine pompe vanitate deferant ad Ecclesiam, ne illis Sacramentum tantopere necessarium nimium differatur cum periculo salutis, et ut iis, qui ex necessitate privatum baptizati sunt, consuetie Ceremonie, Ritusque suppleantur, omissa forma et ablutione.

Nemo in utero matris clausus baptizari debet. Sed si infans caput emiserit, et periculum mortis immineat, baptizetur in capite, nec postea si vivus evaserit, erit iterum baptizandus. At si aliud membrum emiserit, quod vitalem indicet motum, in illo, si periculum impendeat, baptizetur; et tunc si natus vixerit, erit sub conditione baptizandus eo modo, quo supra dictum est: *Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, etc.* Si vero ita baptizatus, deinde mortuus prodierit ex utero, debet in loco sacro sepeliri.

Si mater pregnans mortua fuerit, fetus quamprimum caute extrahatur, ac si vivus fuerit, baptizetur: si fuerit mortuus, et baptizari non potuerit, in loco saero sepeliri non debet.

Infantes expositi et inventi, si re diligenter investigata de eorum Baptismo non constet, sub conditione baptizentur.

In monstris vero baptizandis, si casus eveniat, magna cautio adhibenda est, de quo si opus fuerit, Ordinarius loci, vel alii periti consulantur, nisi mortis periculum immineat.

Monstrum, quod humanam speciem non praeferat, baptizari non debet, de quo si dubium fuerit, baptizetur sub hac conditione: *Si tu es homo, ego te baptizo, etc.*

Illud vero, de quo dubium est, una ne, aut plures sint personæ, non baptizetur, donec id discernatur: discerni autem potest, si habeat unum vel plura capita, unum vel plura pectora; tunc enim totidem erunt corda et animæ, hominesque distincti, et eo casu singuli seorsum sunt baptizandi, unicuique dicendo: *Ego te baptizo, etc.* Si vero periculum mortis immineat, tempusque non suppetat, ut singuli separatim baptizentur, poterit minister singulorum capitibus aquam infundens omnes simul baptizare, dicens: *Ego vos baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* Quam tamen formam in iis solum, et in aliis similibus mortis periculis ad plures simul baptizandos, et ubi tempus non patitur, ut singuli separatim baptizentur, alias numquam licet adhibere.

Quando vero non est certum in monstro esse duas personas, quia duo capita et duo pectora non habet distincta; tunc debet primum unus absolute baptizari, et postea alter sub conditione, hoc modo: *Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.*

DE PAROCHIIS

Parochus, antequam ad baptizandum accedat, ab iis, ad quos spectat, exquirat diligenter, quem, vel quos Susceptores seu Patrinos elegerint, qui insinuent de sacro Fonte suscipiant, ne plures quam licet, aut indignos, aut ineptos admittant.

Patrinos unus tantum, sive vir, sive mulier, vel ad summum unus et una adhibeantur, ex Decreto Concilii Tridentini; sed simul non admittantur duo viri, aut duas mulieres, neque baptizandi pater, aut mater.

Hos autem Patrinos saltem in aetate pubertatis, ac Sacramento Confirmationis consignatos esse, maxime convenit.

Sciunt preterea Parochi, ad hoc minus non esse admittendos infideles, aut hereticos, non publice excommunicatos, aut interdictos, non publice criminosos, aut infames, nec prieterea qui sane mente non sunt, neque qui ignorant rudimenta Fidei. Haec enim Patrini spirituales filios suos, quos de Baptismi Fonte suscepint, ubi opus fuerit, opportune docere tenentur.

Præterea ad hoc etiam admitti non debent Monachi, vel Sanemoniales, neque alii enjusvis Ordinis Regulares a seculo segregati.

DE TEMPORE ET LOCO ADMINISTRANDI BAPTISMU M

Quamvis Baptismus quovis tempore, etiam interdicti, et cessionis a Divinis, presertim si urgeat necessitas, conferri possit; tamen duo potissimum ex antiquissimo Ecclesie ritu sacri sunt dies, in quibus solemni ceremonia hoc Sacramentum administrari maxime convenit: nempe Sabbatum Sanctum Paschæ, et Sabbathum Pentecostes, quibus diebus Baptismalis Fontis aqua rite consecratur. Quem ritum, quatenus fieri commode potest in adultis baptizandis, nisi vita periculum immineat, retineri decet, aut certe non omnino prætermitti, precipue in Metropolitanis, aut Cathedralibus Ecclesiis.

Ac licet, urgente necessitate, ubique baptizare nihil impedit; tamen proprius Baptismi administrandi locus est Ecclesia, in qua sit Fons Baptismalis, vel certe Baptisterium prope Ecclesiam.

Itaque necessitate excepta, in privatis locis nemo baptizari debet, nisi forte sint Regum, aut magnorum Principum filii id ipsis ita depositis, dummodo id fiat in corum Capellis seu Oratoriis, et in aqua Baptismali de more benedicta.

Baptisterium sit decenti loco et forma, materiaque solida, et quæ aquam bene continet, decenter ornatum, et cancellis circumseptum, sera et clave munitum, atque ita obseratum, ut pulvis, vel aliae serdes intro non penetrant, in coqu, ubi commode fieri potest, depingatur imago Sancti Joannis Christum baptizantis.

DE SACRIS OLEIS. ET ALIIS REQUISITIS.

Sacrum Chrisma, et sanctum Oleum, quod et Cathecumenum dicitur, quorum usus est in Baptismo, eodem anno sint ab Episcopo de more benedicta Feria V. in Cena Domini.

Curet Parochus, ut ea suo tempore quamprimum habeat, et tunc vetera in Ecclesia comburat.

Veteribus Oleis, nisi necessitas cogat, ultra annum non utatur: ac si deficere videantur, et Chrisma, aut Oleum benedictum haberi non possit, aliud Oleum de olivis non benedictum adjiciatur, sed in minori quantitate.

Chrisma, et Oleum sacrum sit in suis vasculis argenteis, aut saltem stanneis, bene obturatis: que vascula sive inter se distincta, et propriam unumquodque inscriptionem habeat maiusculis litteris incisam, ne quis error committatur.

Ad usum vero quotidianum minora habeantur vascula ex argento, si fieri potest, aut stanno, sive separata, sive etiam conjuncta: apte tamen distincta, et bene cooperta, et cum suis inscriptionibus, ut supra, ne Parochus aberret, et unum pro altero sumat, quod caverre debet diligenter.

In ea igitur ex majoribus vasculis Chrismatis et Olei, quod sufficiat, infundatur, atque ut effusionis periculum caveratur, commodum erit, in his vasculis bombacium, seu quid simile habere, Oleo saero, et Chrismate separatum perfusum, in quo pollex, cum opus est, ad inungendum immittatur.

Hæc vascula ita parata in loco proprio, honesto, ac mundo, sub elave, ac tuta custodia decenter asserventur, ne ab aliquo, nisi a Sacerdote, temere tangantur, aut eis sacrilege quisquam abuti possit.

Parochus, quantum fieri potest, curet, ne per laicos, sed per se, vel alium Sacerdotem, vel saltem per alium Ecclesie ministerium haec Olea deferantur: caveat item, ne de iis quicquam ulli unquam tribuat cuiusvis rei praetextu.

Sal, quod in os baptizandi immittendum est, sit benedictum sua peculiari benedictione, que infra prescribitur; neque utatur sale exorcizato ad benedicendam aquam; sitque prius bene confractum et attritum, siccum ac mundum. Sal ita benedictum nemini tradatur, neque etiam iis, qui benedicendum attulerint, reddatur, sed ad alios baptizandos servetur, aut in sacrarium abjiciatur.

Cum igitur Baptismi Sacramentum jam administrandum est, huc in promptu esse debent.

Vascula saeri Olei Cathcumenum, et Chrismatis.

Vasculum cum sale benedicendo, vel jam, ut dictum est, benedicto.

Vasculum, sen cochlear ex argento, vel alio metallo nitidum,

ad aquam Baptismi fundendam super caput baptizandi, quod nulli praeterea alii usui deserviat.

Pelvis, seu bacile ad excipiendam aquam ex capite defluentem, nisi statim in sacrarium deflnat.

Gossipium, alio nomine bombacium, seu quid simile, ad abstergenda loca sacris Oleis inuncta.

Stolae duas, ubi commode haberi possunt, una violacea, et altera alba, ut infra notatur, mutanda, sin minus, una saltem adhibeatur. Medulla panis, qua inuncti Sacerdotis digiti, cum manus lavat, abstergantur; et vas pro manuum lotione post Baptismum, quod huic tantum usui deservire debet.

Alba vestis in modum pallioli, seu linteolum candidum, infantis capiti imponendum.

Cereus, seu candela cerea, baptizato ardens tradenda.

Hic denique Ritualis liber sit paratus; et item liber Baptismalis, in quo baptizati describuntur.

Omnibus igitur opportune praeparatis, Sacerdos ad tanti Saeramenti administrationem, lotis manibus, superpelliceo, et stola violacea indutus, accedat: Clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministret.

Ita paratus accedat ad limen Ecclesie, ubi foris expectant qui infantem detulerunt.

Interrogat, nisi de his bene sibi constet, an sit sua Parochia, masculus, an femina, an sit domi baptizatus, et a quo, et quam rite, et qui sint compatres, qui infantem teneant, pro eoque respondeant; quos pie ac decenter assistere, ac prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogationes respondere admoneat.

Et quoniam iis qui baptizantur, tamquam Dei filiis in Christo regenerandis, et in ejus militiam adscribendis, nomen imponitur, enret ne obsecna, fabulosa, aut ridicula, vel inanum deorum, vel impiorum ethnicorum hominum nomina imponantur, sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum, quorum exemplis Fideles ad pie vivendum excitentur, et patrocinis protegantur.

His igitur expeditis, et accepto nomine baptizandi, positi, si infans fuerit, super brachium dextrum illius, qui eum defert; Parochus ad Baptismum procedat, in hunc modum nominatimi interrogans.



ORATIO

BAPTISMUS

PARVUS LOREUM

N. Quid petis ab Ecclesia Dei?

Patrinus respondet. Fidem.

Sacerdos. Fides, quid tibi praestat?

Patrinus respondet. Vitam aeternam.*

Sacerdos. Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut teipsum.

Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis, et dicat semel: Exi ab eo (vel ab ea), immunde spiritus, et da locum Spiritui Sancto Paracelito.

Postea pollice faciat signum Crucis in fronte, et in pectore infantis, dicens: Accipe signum Crucis tam in fronte , quam in corde , sume fidem celéstium praeceptorum: et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

Orémus.

Preces nostras, quæsumus Dominus, clementer exaudi: et hunc Electum tuum N. Crucis Dominicæ impressione signatum perpetua virtute custodi: ut magnitudinis gloriae tuae rudimenta servans, per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde imponat manum super caput infantis, ac dicat:

* D. N., Que demandez-vous à l'Église de Dieu? R. La foi.
D. Que vous procure la foi? R. La vie éternelle.

Q. N., What dost thou ask of the Church of God? A. Faith
Q. What doth faith bring thee to? A. Life everlasting.

Orémus.

() Omnipotens, sempiterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, respicere dignare super hunc famulum tuum N., quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es; omnem cætitatem cordis ab eo expelle: disrumpere omnes laqueos Satanæ, quibus fnerat colligatus: aperi ei, Domine, januam pietatis tue, ut signo sapientiae tuae imbutus, omnium cupiditatum factribus carreat, et ad suavem odorem præceptorum tuorum laetus tibi in Ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde Sacerdos benedicit sal, quod semel benedictum alias ad eundem usum deservire potest.

Benedictio Salis.

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis ☩, et in charitate Domini nostri Iesu Christi ☩, et in virtute Spiritus ☩ Sancti. Exorcizo te per Deum vivum ☩, per Deum verum ☩, per Deum sanctum ☩, per Deum ☩, qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari præcepit, ut in nomine sanctae Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Preinde rogamus te, Domine, Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices ☩, et benedicendo benedicas ☩, ut sit omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viscerebus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis, dicens: N. Accipe sal sapientiae: propitiatio sit tibi in vitam æternam. R. Amen.

Sacerdos. Pax tibi. R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Ieus patrum nostrorum, Deus univérsae cónditor veritá-tis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. respícere dignéris propítius, et hoc primum pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permítta, quo minus cibo expléatur cœlesti, quátenus sit semper spíritu fervens, spe gáudens, tuo semper nómini sérviens. Perdue eum, Dómine, quæsumus, ad novae regeneratiónis lavácerum, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum aetérrna præmia cónsequi mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Exoreízo te, immúnde spíritus, in nómine Patris **¶**, et Fílli **¶**, et Spíritus **¶** Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N. : Ipse enim tibi ímparat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo Dei N., quia istum sibi Deus, et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiōnem, fontémque Baptismatis vocáre dignátus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens : Et hoc signum sanctae Crucis **¶**, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúm-dem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Mox impónit manum super caput infantis, et dicit :

Orémus.

Etérnam, ac justíssimam pietátem tuam déprecor. **D**ómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, auctor lúminis et veritatis, super hunc fámulum tuum N., ut dignéris illum illumináre lúmine intelligéntiae tuæ : munda eum, et sanctifica : da ei sciéntiam veram, ut

**dignus grátia Baptísmi tui efféctus, téneat firmam spem,
consílium rectum, doctrínam sanctam. Per Christum Dó-
minum nostrum. R. Amen.**

Postea Sacerdos imponit extremam partem stola super infantem, et introduceit eum in Ecclesiam, dicens :

**N. Ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum
Christo in vitam aetérnam. R. Amen.**

Cum fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens ad Fontem cum Susceptoribus conjunctim clara voce dicit :

**Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, creatórem cœli,
et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum,
Dóminum nostrum ; qui concéptus est de Spíritu Sancto,
natus ex María Vírgine; passus sub Póntio Piláto, eruefí-
xus, mórtuus, et sepúltus ; descéndit ad ínferos, tértia die
resurréxit a mórtuis : ascéndit ad cœlos, sedet ad déxteram
Dei Patris omniipoténtis; inde ventúrus est judicáre vivos,
et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum ; sanctam Ecclé-
siam Cathólicaam, Sanctórum communiónem; remissiónem
peccatórum ; carnis resurrectióne ; vitam aetérnam.
Amen.**

Pater noster, qui es in cœlis, sanctifieétur nomen tuum :
adveniat regnum tuum : fiat volúntas tua, sicut in cœlo,
et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hodie,
et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus
debitóribus nostris : et ne nos indúcas in tentatióne :
sed líbera nos a malo. Amen.

Ac deinde, antequam accedat ad Baptisterium, dicat .

¶ Exorcismus.

Exorcizo te, omnis spíritus immûnde, in nōmine Dei
Patris omnipoténtis  , et in nōmine Jesu Christi Fílii
ejus, Dómini et Júdicis nostri  , et in virtute Spíritus
Sancti  , ut discédas ab hoc plásmate Dei N , quod
Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre di-

gnatus est, ut fiat templum Dei vivi, et Spiritus Sanctus habitet in eo. Per eundem Christum Dominum nostrum, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et seculum per ignem. R. Amen.

Postea Sacerdos dixit accipiat de saliva oris sui, et tangat aures et nares infantis; tangendo vero auren dexteram, et sinistram, dicat: Ephpheta, quod est, Adaperire: deinde tangit nares, dicens: In odorem suavitatis. Tu autem effugare, diabole; appropinquabit enim iudicium Dei.

Postea interrogat baptizandum nominatum, dicens:

N. Abrenuntias Satane?

Respondet Patrinus: Abrenuntio.

Sacerdos: Et omnibus operibus ejus?

Patrinus: Abrenuntio.

Sacerdos: Et omnibus pompis ejus?

Patrinus: Abrenuntio. *

Deinde Sacerdos intingit pollicem in oleo Cathecumorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas in modum Crucis, dicens: Ego te in nomine Christi Jesu Domini nostro, ut habeas vitam aeternam.

R. Amen.

Hic deposito Subinde pollicem et imuncta locutam violaceam, et abstergit bombacio, vel resimili: et sumit aliam albicolloris. interrogat expresso nomine baptizandum, Patruo respondente.

N. Credis in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem celi et terrae? R. Credo.

* D. N., Renoncerez-vous à Satan? R. J'y renonce.

D. Et à toutes ses œuvres? R. J'y renonce.

D. Et à toutes ses pompes? R. J'y renonce.

Q. N., Dost thou renounce Satan? A. I do renounce him.

Q. And all his works? A. I do renounce them.

Q. And all his pomps? A. I do renounce them.

Credis in Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum ? R. Credo.

Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclesiásiam Cathólicam, Sanetórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectióne, et vitam aetérnam ? R. Credo.

Subinde expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicit :

N. Vis baptizári ?

Respondet Patrinus : Volo. *

Tunc Patrino, vel Matrina, vel utroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo, seu ureolo accipit aquam baptismalem, et de ea ter fundit super caput infantis in modum Crucis, et simul verba proferens, semel tantum distinet, et attente, dicit :

N. Ego te baptizo in nómine Patris ☧ fundat primo, et Fílli ☧ fundat secundo, et Spíritus ☧ Sancti fundat tertio.

Ubi autem est consuetudo baptizandi per immersio-nem, Sacerdos accipit infantem, et advertens ne laeda-tur, caute immergit, et trina mersione baptizat, et se-mel tantum dicit :

* D. N., Croyez-vous en Dieu le Père tout-puissant, créateur du ciel et de la terre ? R. J'y crois.

D. Croyez-vous en Jésus-Christ son Fils unique, Notre Seigneur, qui est né, et qui a souffert ? R. J'y crois.

D. Croyez-vous au Saint-Esprit, la sainte Eglise Catholique, la communion des Saints, la rémission des péchés, la résurrection de la chair, la vie éternelle ? R. J'y crois.

D. N., Veulez-vous être baptisé ? R. Je le veux.

Q. N., Dost thou believe in God the Father Almighty, Creator of heaven and earth ? A. I do believe.

Q. Dost thou believe in Jesus Christ, his only Son, our Lord, who was born into this world, and who suffered for us ? A. I do believe.

Q. Dost thou believe in the Holy Ghost, the Holy Catholic Church, the communion of Saints, the forgiveness of sins, the resurrection of the body, and life everlasting ? A. I do believe.

Q. N., Will thou be baptized ? A. I will.

N. Ego te baptizo in n^om^ene Patris **¶**, et Filiⁱ **¶**,
et Spⁱritus **¶** Sancti.

Mox Patrinus, vel Matrina, vel ute^rque simul infan-
tem de sacro Fonte levant, suscipientes illum de manu
Sacerdotis.

Sⁱ vero dubitatur, an infans fuerit baptizatus, utatur
haec forma : N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in
n^om^ene Patris **¶**, et Filiⁱ **¶**, et Spⁱritus **¶** Sancti.

Deinde intingit pollicem in sacro Chrismate, et ungit
infantem in summitate capitis in modum Crucis, dicens :

Iesus omnipotens, Pater D^{omi}nⁱ nostri Jesu Christi,
qui te regeneravit ex aqua et Spⁱritu Sancto, qui^{que}
dedit tibi remissiōnem ómnium peccatórum, (hic immi-
git) ipse te líniat Chrísmate salítis **¶** in eódem Christo
Jesu D^{omi}nⁱ nostro in vitam ætérnam. R. Amen.

Sacerdos dicit : Pax tibi.

R. Et cum spíitu tuo.

Tum bombacio, aut re simili abstergit pollicem suum,
et locum immetum, et imponit capiti ejus linteolum
candidum loco vestis albæ, dicens : Accipe vestem cándi-
dam, quam immaculátam pérferas ante tribúnal D^{omi}nⁱ
nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam. R. Amen.

Postea dat ei, vel Patrino, candelam accensam, dicens :
Accipe lámpadē ardéntem, et irreprehensíbilis custódi
Baptísmum tuum : serva Dei mandáta, ut cum D^{omi}nus
vénérerit ad nuptias, possis occúrrere ei una cum ónni-
bus Sanctis in áula cœlesti, habeásque vitam ætérnam,
et vivas in sæcula sæculórum. R. Amen.

Postremo Sacerdos dicit N. Vade in pace, et Dó-
minus sit tecum. R. Amen.

Sⁱ vero fuerint plures baptizandi, sive masculi, sive
feminae, in Catechismo masculi statuantur ad dexteram,
feminae vero ad sinistram ; et omnia pariter dicantur ut

supra in proprio genere, et numero plurali. Verum prima nonnis interrogatio, exsuffratio, Crucis impressio, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenuntiationis interrogatio, unctionis Olei Catechumenorum, interrogatio de Fide, seu Symbolo, et ipse Baptismus, unctionis Chrismatis, candidae vestis impositio, atque accensa candelae traditio, singulariter singulis, et primum masculis, deinde feminis fieri debent.

Si infans, vel adultus agrotus adeo graviter laborei, ut periculum immineat, ne pereat antequam Baptismus perficiatur. Sacerdos, omissis que Baptismum precedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel infundens aquam super caput ejus in modum Crucis, dicens : **Ego te baptizo in nomine Patris ☧**, etc. ut supra, fol. 14.

Si non habeatur aqua Baptismalis, et periculum impendat, Sacerdos mutat aqua simplici.

Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice, dicens : **Deus omnipotens**, etc. ut supra fol. 15.

Postea dat ei linteolum candidum, dicens : **Accipe vestem**, etc. ut supra, fol. 15.

Ac demum dat ei ceream candelam accensam, dicens : **Accipe lampadem ardentem**, ut supra, fol. 15.

Si supervixerit, suppleantur alii ritus omissi.

Admonendi sunt Susceptores de spirituali cognatione, quam contraxerunt cum Baptizato, Baptizatique patre et matre ; quae cognatio impedit Matrimonium, ac dirimit.

Curet Parochus parentes infanti admoneri, ne in lecto seemn ipsi, vel nutrices parvulum habeant, propter oppressionis periculum ; sed eum diligenter custodiant, et opportune ad Christianam disciplinam instituant.

Commonendi sunt etiam parentes, et alii, si opus fuerit, ne filios Hebreis, aliquisque infidelibus, vel haereticis mulieribus ullo modo lactandos, aut nutriendos tradant.

Antequam infans ex Ecclesia asportetur, aut Susceptores descendant, eorum nomina, et alia de administrato Baptismo ad prescriptam formam in Baptismali libro Parochus accurate describat.

BAPTISMO

ADULTORUM



Si quis adultus sit baptizandus, debet prius, secundum Apostolicam regulam, in Christiana Fide, ac sanctis moribus diligenter instrui, et per aliquot dies in operibus pietatis exerceri, ejusque voluntas et propositum saepius explorari, et nonnisi sciens et volens, probeque instructus baptizari.

At vero si quis, dum instruitur, in mortis periculum incidat, baptizarique voluerit, habita ratione periculi, vel necessitatis, baptizetur.

Adultorum Baptismus, ubi commode fieri potest, ad Episcopum deferatur, ut si illi placuerit, ab eo solemnius conferatur, alioquin Parochus ipse baptizet, stata Cæremonia.

Decet autem hujusmodi Baptismum, ex Apostolico instituto, in Sabbato Sancto Paschatis, vel Pentecostes solemniter celebrari.

Quare si circa hæc tempora Catechumeni sint baptizandi, in ipsos dies, si nihil impediatur, baptismum differri convenit.

Verum si circa, seu post tempus Pentecostes aliqui conversi fuerint, qui negre ferant suum Baptismum in longum tempus differri, et ad illud festinare, instructique, ac rite parati esse noseantur, citius baptizari possunt.

Catechumenus instructus baptizetur in Ecclesia, seu Baptisterio. Patrinus ei assistat, et ipse Catechumenus ad Sacerdotis interrogaciones respondeat, nisi mutus fuerit, aut omnino surdus, vel ignotæ linguae; quo casu vel per Patrimum, si illam intelligat, aut alium interpretem, vel nutu consensum explicet suum.

Pro hujus autem veneratione Sacramenti, tam Sacerdotem, qui adultos baptizabit, quam ipsos adultos, qui sani sunt, convenit esse jejunos.

Quare non post epulas, aut prandia, sed ante meridiem, nisi ex rationabili causa aliter faciendum esset, eorum Baptisma celebretur.

Admonendus est Catechumenus, ut peccatorum suorum peniteat.

Amentes et furiosi non baptizentur, nisi tales a nativitate fuerint: tunc enim de iis idem judicium faciendum est, quod de infantibus, atque in Fide Ecclesie baptizari possunt.

Sed si dilucida habeant intervalla, dum mentis compotes sunt, baptizentur, si velint. Si vero antequam insanirent, suscipiendo Baptismi desiderium ostenderint, ac vitae periculum immineat, etiamsi non sint compotes mentis, baptizentur.

Idemque dicendum est de eo, qui lethargo, aut phrenesi laboret, ut tantum vigilans et intelligens baptizetur; nisi periculum mortis impendeat, si in eo prius apparuerit Baptismi desiderium.

Sacerdos diligenter curet, ut certior fiat de statu et conditione eorum, qui baptizari petunt, praesertim exterorum: de quibus facta diligent inquisitione, num alias, ac rite sint baptizati, caeat, ne quis jam baptizatus, imperitia, vel errore, aut ad quaestum, vel ob aliam causam, fraude, dolore iterum baptizari velit.

Omnes autem, de quibus, re diligenter investigata, probabilis dubitatio est, an baptizanti fuerint, si nihil aliud impedit, sub conditione baptizentur.

Haeretici vero ad Catholicam Ecclesiam venientes, in quorum Baptismo debita forma, aut materia servata non est, rite baptizandi sunt; sed prius errorum suorum pravitatem agnoscant et detestentur, et in Fide Catholica diligenter instruantur: ubi vero debita forma et materia servata est, omissa tantum suppleantur, nisi rationabili de causa aliter Episcopo videatur.

Ceterum legantur, et serventur ea, quae supra de Baptismo in communii prescripta sunt, fol. 3.



In p
vand
rum
pluv
dus
effun
et ad
et si
V.
R.
X.
Po
Ar
dabū

I ór
Qu
Ex
pter i
Qu
lunar
Qu
hómi
Mi

ORATIO

BAPTISMI

ADULTORUM

In primis Sacerdos, paratis his, quae supra de observandis in administratione Sacramenti Baptismi Parvulorum dicuntur, indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali violacei coloris, cum suis Clericis accedit ad gradus Altaris, et genibus flexis, pia mente ad Deum preces effundit, ut tantum Sacramentum digne valeat ministrare, et ad implorandum divinum auxilium, surgens, se signat, et si temporis ratio ferat, dicit :

V. Deus, in adjutorium meum intende.

R. Domine, ad adjuvandum me festina.

V. Gloria Patri, etc.

Postea incipiat, prosequentibus Clericis.

Antiph. Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, dicit Dominus.

Psalmus 8.

Domine, Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra !

Quoniam elevata est magnificencia tua, * super caelos.

Ex ore infantium et laetentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum et ultorem.

Quoniam vidabo caelos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam et stellas, quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus ? * aut filius hominis, quoniam visitas eum ?

Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et ho-

nóre coronásti eum : * et constitústi eum super ópera
mánum tuárum.

Omnia subjecísti sub péibus ejus, * oves et boves
univérsas : insuper et pécora campi.

Vólueres cœli, et pisces maris, * qui perambulant
sémitas maris.

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est no-
men tuum in univérsa terra !

Glória Patri, etc.

Psalmus 28.

Afférte Dómino filii Dei : * afférte Dómino filios aríetum :
Afférte Dómino glóriam et honórem, afférte Dómino
glóriam nómini ejus : * adoráte Dóminum in átrio san-
cto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit : *
Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte : * vox Dómini in magnifi-
céntia.

Vox Dómini confringéntis cedros : * et confrínget
Dóminus cedros Líbani :

Et commínuet eas tamquam vítulum Líbani : * et
diléctus quemádmodum filius unicórniū.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis : * vox Dó-
mini concutiéntis desértum : et commovébit Dóminus
desértum Cades.

Vox Dómini preparántis cervos, et revelábit con-
dénsa : * et in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit : * et sedébit Dó-
minus rex in aetérnum.

Dóminus virtútem pôpulo suo dabit : * Dóminus be-
nedícit pôpulo suo in pace.

Glória Patri, etc.

Psalmus 41.

(Q)uemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum : *
ita desíderat ánima mea ad te Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum : * quando
véniam, et apparébo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi lácymæ meæ panes die ac nocte : *
dum dicitur mihi quotídie : Ubi est Deus tuus ?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ániam meam : *
quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque
ad domum Dei.

In voce exultatiónis, et confessiónis : * sonus epulántis.

Quare tristis es ánima mea ? * et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * sa-
lutáre vultus mei, et Deus meus.

Ad meípsum ánima mea conturbáta est : * propté-
rea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniū a
monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, * in voce cataractárum
tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me transíerunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : * et
nocte cáanticum ejus.

Apud me orátiō Deo vitæ meæ, * dicam Deo : Su-
scéptor meus es.

Quare oblítus es mei ? * et quare contristátus incédo,
dum afflígit me inimíci ?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobravérunt mihi
qui tríbulant me inimíci mei :

Dum dicunt mihi per síngulos dies: Ubi est Deus tuus ? *
quare tristis es ánima mea ? et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salu-
táre vultus mei, et Deus meus.

Glória Patri, etc.

Et repetitur Antiphona. Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, dicit Dominus.

Deinde dicitur. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oramus.

() Omnipotens, sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione verae fidei, aeternae Trinitatis gloriam agnoscere, et in potentia majestatis adorare unitatem : quæsumus, ut eisdem fidei firmitate, ab omnibus semper muniatur adversis.

Oratio.

A desto supplicationibus nostris, omnipotens Deus : et quod humilitatis nostræ gerendum est ministerio, tue virtutis impleatur effectu.

Oratio.

|| a, quæsumus Domine, Eleoto nostro, ut sanctis edo-
|| etus mystériis, et renovetur fonte Baptismatis, et inter Ecclesiæ tuae membra numeretur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si plures fuerint baptizandi, haec tertia Oratio dicatur in numero plurali.

Deinde Sacerdos procedit ad fores Ecclesie, et stat in limine : catechizandus vero extra limen. Et si sunt plures, mares et feminæ, illi ad dexteram Sacerdotis, hec vero ad sinistram statuantur.

Sacerdos interrogat : **Quo nōmine vocáris ?***

Catechumenus respondet : **N.**

Sacerdos. **N. Quid petis ab Ecclesia Dei ? R. Fidem.**

Sacerdos. **Fides, quid tibi præstat ? R. Vitam ætérnam.**

Sacerdos. **Si vis habére vitam ætérnam, serva mandáta.** Díliges Dóminus Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próxi-
mum tuum sicut te ipsum. In his duóbus mandátis tota Lex pendet, et Prophétae. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitáte, et Trinitátem in unitáte veneréris, neque confundéndo persónas, neque substántiam separándo. Alia est enim persóna Patris, alia Fílii, alia Spí-
ritus Sancti ; sed horum trium una est substántia, et nonnisi una Divinitas.

Et rursus interrogat : **N. Abrenúntias Sátanæ ?**

R. **Abrenúntio.**

Interrogat : **Et ómnibus opéribus ejus ?**

R. **Abrenúntio.**

Interrogat : **Et ómnibus pompis ejus ?**

R. **Abrenúntio.**

Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens : **Credis in Deum Patrem omnipoténtem, creatórem cœli et terræ ? R. Credo.**

Interrogat : **Credis in Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum ? R. Credo.**

Interrogat : **Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclesiás Cathólicam, Sanetórum communiónem, remis-
siónem peccatórum, carnis resurrectióne, et vitam æ-
térnam ? R. Credo.**

* D. Quel est votre nom ? R. N.

Q. What is your name ? A. N.

Ad alias interrogations gallice aut anglice perficiendas, viðe supra, fol. 9, 13, 14.

Tunc Sacerdos exsufflet ter in faciem ejus semel dicens : **Exi ab eo, spíritus immúnde, et da locum Spi-ritui Sancto Paráclito.**

Hic in modum Crucis halet in faciem ipsius, et dicat : **N. Accipe Spíritum bonum per istam insufflatiónem, et Dei benedictiónem ✕ Pax tibi.**

Deinde facit Crucem cum pollice in ejus fronte, et in pectore, dicens : **N. Accipe signum Crucis tam in fronte ✕, quam in corde ✕ : sume fidem cœlestium præceptórum : talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis : ingressúsque Ecclésiam Dei evasisse te láqueos mortis lætus agnósce :**

Et si Catechumenus venit de Gentilitatis errore sive de Ethnicis, et Idololatriis, dicat :

Horrésce idóla, résponde simulácrorum.

Si ex Hebreis, dicat :

Horrésce Judáicam perfidiam, résponde Hebráicam superstítionem.

Si ex Mahumetanis, dicat :

Horrésce Mahuméticam perfidiam, résponde pravam sectam infidelitatis.

Si ex Hæreticis, et in ejus baptismo debita forma servata non sit, dicat :

Horrésce hæréticam pravitatem, résponde nefárias sectas impiórum N.

Exprimens proprio nomine sectam, de qua venit. Inde prosequatur :

Cole Deum omnipoténtem, et Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui venturus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Si plures sunt Electi, omnia supradicta dicuntur singulatim super singulos.

Orémus.

Oratio.

Te déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, ut huic fámulo tuo N. qui in hujus sæculi nocte vagátrus incértus ac dúbios, viam veritatis et agnitionis tue júbeas demonstrári: quátenus, reserátis óculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Fílio, et Fílium in Patre cum Spíritu Sancto recognóscat, atque hujus confessiónis fructum, et hic, et in futúro sæculo percípere mereátrur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Si plures sint Electi, praeedens Oratio dicatur in numero plurali. Sequentes autem Signationes fiant cum suis verbis singillatim super singulos.

Deinde signet Electum signo Crucis cum pollice in fronte dicens: **S**igno tibi frontem, ✕ ut suscipias Crucem Dómini.

In auribus. **S**igno tibi áures, ✕ ut áudias divína præcepta.

In oculis. **S**igno tibi óculos, ✕ ut vídeas claritatem Dei.

In naribus. **S**igno tibi nares, ✕ ut odórem suavitatis Christi séntias.

In ore. **S**igno tibi os, ✕ ut loquáris verba vitæ.

In pectore. **S**igno tibi pectus, ✕ ut credas in Deum.

In scapulis. **S**igno tibi scápalas, ✕ ut suscípias jugum servitutis ejus.

In toto corpore, illud non tangens, manu producit signum Crucis, et dicit: **S**igno te totum in nōmine Patris ✕, et Fílli ✕, et Spíritus ✕ Sancti, ut hábeas vitam ætérnam, et vivas in saecula seculórum. R. Amen.

Orémus.

Oratio.

Preces nostraras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi, et hunc Eléctum tuum N. Crucis Domíne, cujus impressióne eum signámus, virtute custodi: ut magnitudinis gloriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam man-

datórum tuórum ad regeneratiónis glóriam perveníre me-
réatur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio.

Ieus, qui humáni géneris ita es cónditor, ut sis étiam reformátor, propitiáre pópulis adoptívis, et novo testaménto sóbolem novae prolis adseríbe : ut filii promissiónis, quod non potuérunt ássequei per natúram, gándeant se recepísse per grátiam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Tunc imponit manum super caput Electi, et dicit :

Orémus.

Omnipotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respícere dignérис super hunc fámulum tuum N., quem ad rudiménta fidei vocáre dignátus es : omnem cæcitatēm cordis ab eo expélle : disrúmpe omnes láqueos Sátanæ, quibus fúterat colligátus ; áperi ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut signo sapiéntie tuæ imbútus, ómnium cupiditátum fœtóribus cárreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum létus tibi in Ecclésia tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, percépta medicína. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Si plures sint, haec, et præcedens Oratio, **Preces** **nostras**, etc. dicantur in numero plurali.

Deinde Sacerdos benedicit sal.

Benedictio salis daudi Catechumeno.

Exorcízo te creatúra salis, in nómine Dei Patris **¶** om-
nipoténtis, et in charitáte Dómini nostri Jesu **¶** Chri-
sti, et in virtúte Spíritus **¶** Sancti. Exorcízo te per Deum
vivum **¶**, per Deum verum **¶**, per Deum sanctum **¶**,
per Deum **¶**, qui te ad tutélam humáni géneris procreá-
vit, et pópulo veniénti ad eruditátem per servos suos

consecrári praecepit, ut in nōmine sancte Trinitatis efficiáris salutáre Sacraméntum ad effugándum inimícum. Proinde rogámus te, Dómine, Deus noster, ut hanc creatúram salis sanctificándo sanctíffices **¶**, et benedicéndo benedícas **¶**, ut fiat ómnibus accipiéntibus perfécta medieína, pérmans in viscéribus eórum, in nōmine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

Quod si Catechumenus fuerit Gentilis, sive ex Ioholatris venerit ad Fidem; benedicto sale, antequam ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem orationem, quae tamen pro venientibus ex Hebreis vel aliis, ut supra, non dicitur.

Orémus.

Oratio.

Iómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, qui es, qui eras, et qui pérmans usque in finem, cuius origo nescítur, nec finis comprehéndi potest: te súpplices invocámus super hunc fámulum tuum N. quem liberásti de erróre gentílium, et conversatióne turpíssima; dignáre exaudíre eum, qui tibi cervíces suas humíliat ad lavári fontem, ut renátus ex aqua, et Spíritu Sancto, expoliátus véterem hóminem índuat novum, qui secúndum te creá-tus est; accípiat vestem incorrúptam, et immaeulátam, tibique Deo nostro servíre mereátur. Per Christum Dó-minum nostrum. R. Amen.

Tunc pollice et indice accipit de ipso sale, et immitrit in os Catechumi, dicens: N. Accipe sal sapiéntiae: propitiatio tibi sit in vitam aeternam. R. Amen.

Sacerdos. Pax tibi.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Ieus patrum nostrórum, Deus univérsæ cónditor veritatis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum

tuum N. respicere digneris propitiis : et hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quo minus cibo expletatur coelesti, quatenus sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nominis seriens. Perduc eum, Domine quæsumus, ad novæ regenerationis lavacrum, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si plures sint, dicatur singulis : N. Accipe sal, etc. et praecedentes Orationes in numero plurali.

Si inter Catechumenos adsint feminæ, recedant ipsæ in partem, quousque tertio dicatur masculis **Ora Elécte, etc.** et hi signati fuerint in fronte.

Si plures sint Catechumeni hic et in sequentibus, Sacerdos dicit in numero plurali : **Oráte Elécti, fléctite génuæ etc.**

Deinde Sacerdos dicat super masculum tantum :

Ora, Elécte, flecte génuæ, et dic Pater noster.

Et Electus genuflexus orat, et dicit : **Pater noster.**

Et cum oraverit, et dixerit **Pater noster**, usque ad, Sed libera nos a malo, inclusive, Sacerdos subjungit : Leva, comple orationem tuam, et dic Amen.

Et ille respondet : **Amen.**

Et Sacerdos dicit Patrino : **Signa eum.**

Deinde Electo : **Accéde.**

Et Patrini pollice signat eum in fronte, dieens : **In nominis Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.**

Tum quoque Sacerdos facit Crucem in fronte ejus, ita dicendo : **In nominis Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.**

Et imponit manum super eum, et dicit :

Orémus. **Oratio.**

|| **eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Móysi famulo tuo in monte Sínai apparuísti, et filios Israel de terra Ægypti eduxísti, députans eis Angelum**

pietatis tue, qui custodiret eos die et nocte : te quæsumus, Dómine, ut mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui similiter custodiatur et hunc fâmulum tuum N., et perdúcat eum ad grátiam Baptismi tui. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Exorcismus.

Ergo, maledicte diâbole, recognoscere sententiam tuam,
Et da honorem Deo vivo et vero, da honorem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fâmulo Dei N., quia istum sibi Deus, et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontemque Baptismatis vocare dignatus est : et hoc signum sanctae Crucis **X**, quod nos fronti ejus damus, tu, maledicte diâbole, numquam audieas violare. Per eundem Christum Dóminum nostrum, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

Sacerdos dicit secundo Electo :

Ora, Elécte, flete génuas, et dic Pater noster.

Et Electus genuflexus orat, et dicit : Pater noster, usque ad Sed libera nos a malo inclusive.

Sacerdos subjungit : **Leva, comple orationem tuam, et dic Amen.**

Electus surgens respondet : **Amen.**

Sacerdos dicit Patrino : **Signa eum.**

Deinde Electo : **Accéde.**

Et Patrinus pollicie signat Electum in fronte, dicens :

In nōmine Patris, et Fílli, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus dicens : **In nōmine Patris, et Fílli, et Spíritus Sancti.**

Deinde imponit manum super eum, ac dicit.

Crémus.

Ieus, immortale præsidium omnium postulantium, liberatio supplicum, pax rogantium, vita credentium,

resurréctio mortuórum : te ínvoco super hunc fámulum tuum N., qui Baptísmi tui donum petens, aetérnam cónsequi grátiam spirituáli regeneratióne desíderat : áccipe eum, Dómine, et quia dignátus es dícere : Pétite, et accipiétis ; quærite, et inveniétis, pulsáte, et aperiétur vobis, peténti præmium pórrige, et jánuam pande pul-sánti : ut aetérnam cœlestis lavácri benedictiōnem consécūtus, promíssa tui múnneris regna percípiat. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis, et regnas Deus in sæcula sæculórum. R. Amen.

Exorcismus.

Audi, maledícte Sátana, adjurátus per nomen aetérni Dei, et Salvatóris nostri Jesu Christi Fílli ejus, cum tua victus invídia, tremens, geménsque discéde : nihil tibi sit commiúne cum servo Dei N., jam cœlestia cogitánte, renuntiatúro tibi, et sæculo tuo, et beatæ immortalitati vietúro. Da ígitur honórem adveniénti Spirítui Sancto, qui ex summa cœli arce descéndens, proturbáti fráudibus tuis, divíno Fonte purgátum pectus, sanctificátum Deo templum et habitáculum perficiat, ut ab ómnibus pénitus nòxiis præteritórum críminum liberátus servus Dei, grátias perénnes Deo réferat semper, et benedícat nomen sanctum ejus in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Sacerdos tertio dicit Electo :

Ora, Elécte, flecte génua, et die Pater noster.

Et Electus genuflexus orat, et dicit : Pater noster, usque ad **Sed líbera nos a malo** inclusive.

Sacerdos subjungit : **Leva, comple oratióne tuam,** et dic Amen.

Electus surgens respondet : Amen.

Sacerdos dicit Patrino : **Signa eum.**

Deinde dicit Electo : **Accéde.**

Et Patrinus cum pollice signat Electum in fronte, dicens : **In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.**

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus dicens : **In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.**

Deinde imponit manum super eum dicens :

Exorcismus.

Exorcízo te, immúnde spíritus, in nōmine Patris **✚**, **E**t Filii **✚**, et Spíritus **✚** Sancti, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N. : ipse enim tibi ímperat, maledícte damnáte, qui pédibus super mare ambulávit, et Petro mergénti déxteram porréxit.

Exorcismus.

Ergo, maledícte diábolo, recognósce senténtiam tuam, **E**t da honórem Deo vivo, et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto : recéde ab hoc fámulo Dei N. quia istum sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est, et hoc signum sanctæ Crucis **✚**, quod nos fronti ejus danius, tu, maledícte diábolo, numquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et sǽculum per ignem. R. Amen.

Si, ut supra, adsint fœminæ, retrahunt se masculi in partem, et accedunt fœminæ ante Sacerdotem, et stant.

Si plures fuerint fœminæ Catechumenae, hic et in sequentibus, Sacerdos dicat in numero plurali : **Oráte Eléctæ, fléctite génuæ, etc.**

Sacerdos dicit Catechumenae :

Ora, Elécta, flécte génuæ, et dic Pater noster.

Et Electa genuflexa orat, et dicit : **Pater noster, etc.** et cum dixerit usque ad **Sed líbera nos a malo inclue**.

Sacerdos dicit : **Leva, comple oratióne tuam, et die, Amen.**

Electa surgens respondet : Amen.

Sacerdos dicit Patrino : Signa eam.

Deinde dicit Electae : Accéde.

Et Patrinus pollicè signat Electam in fronte, dicens :

In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus et dicit : **In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.**

Deinde imponit manum super eam, et dicit :

Orémus.

Oratio.

Deus cœli, Deus terræ, Deus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Patriarchárum, Deus Prophetárum, Deus Apostolórum, Deus Mártyrum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus ómnium bene vivéntium, Deus, cui omnis lingua confitétur, et omne genuflectitur cœlestium, terréstrium, et infernórum, te ínvoco, Dómine, super hanc fámulam tuam N., ut eam custodíre, et perdúcere dignérис ad grátiam Baptísni tui. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde dicitur :

Exorcismus.

Ergo, maledícte diábolo, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo, et vero ; da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spíritui Sancto : recéde ab hac fámula Dei N., quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Baptísatis vocáre dignátus est : et hoc signum sanctæ Crucis , quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábolo, nunquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Sacerdos dicit secundo Electae :

Ora, Elécta, flecte génua, et dic : Pater noster.

Et Electa, genu flexo, orat et dicit : **Pater noster.**
Et cum dixerit usque ad **Sed libera nos a malo** inclusive.

Sacerdos dicit : **Leva, comple orationem tuam, et dic : Amen.**

Electa surgens respondet : **Amen.**

Sacerdos dicit Patrino : **Signa eam.**

Deinde dicit Electae : **Accéde.**

Et Patrinus cum pollice signat Electam in fronte dicens : **In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.**

Et Sacerdos facit pariter signum Crucis in fronte ejus dicens : **In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.**

Deinde Sacerdos imponit manum super caput Electae, et dicit :

Orémus.

Oratio.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Moysi fámulo tuo in monte Sínai apparuísti, et filios Israel de terra Ægypti eduxísti, députans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodíret eos die, ac nocte : te, quæsumus, Dómine, ut míttere dignérис sanctum Angelum tuum de cœlis, qui simíliter custódiat et hanc fámulam tuam N., et perdúcat eam ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Sacerdos tertio dicit Electae :

Ora, Elécta, flecte génuia, et dic : Pater noster.

Electa genu flexo orat, et dicit : **Pater noster.** Et cum dixerit usque ad **Sed libera nos a malo**, inclusive.

Sacerdos dicit : **Leva, comple orationem tuam, et dic : Amen.**

Electa surgens respondet : **Amen.**

Sacerdos dicit Patrino : **Signa eam.**

Deinde dicit Electae : **Accéde.**

Et Patrinus signat cum pollice Electam in fronte, dicens : **In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.**

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus dicens : **In nōmine Patris, et Fílli, et Spíritus Sancti.**

Deinde imponit manum super caput Electæ, et dicit :

Exorcismus.

Exorcizo te, immûnde spíritus, per Patrem **¶**, et Fílium **¶**, et Spíritum **¶** Sanctum, ut éxeas, et recédas ab hac fámula Dei N. Ipse enim tibi ímparat, maledícte damnáte, qui cæco nato óculos apéruit, et quatri-dúnum Lázarum de monuménto suscitávit.

Exorcismus.

Ergo, maledícte diábole, recognóscet senténtiam tuam, Et da honórem Deo vivo, et vero ; da honórem Jesu Christo, Fílio ejus, et Spirítui Sancto ; recéde ab hac fámula Dei N. quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam gratiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est : et hoc signum sanctæ Crucis **¶**, quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte diábole, nunquam áudeas violáre. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

Postmodum accedunt iterum maseuli, qui se retraxerant, et ipsi ad dexteram, foeminae vero ad sinistram Sacerdotis, ut in principio, disponuntur.

Sacerdos imponit manum super Electum, vel si sint plures super singulos tam maseulos, quam foeminas, et dicit :

Orémus.

Aétérnam ac justíssimam pietátem tuam déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, aétérne Deus, auctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N., ut dignéris eum illumináre lúmine intelligéntiae tuæ : munda eum, et sanctifica : da ei sciéntiam veram, ut dignus efficiátur accédere ad grátiam Baptísmi tui, téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut

aptus sit ad percipiéndam grátiam tuam. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Si plures fuerint Electi, sive mares, sive feminæ, precedens Oratio dicatur in numero plurali, et in genere proprio, ut superius dictum est.

His peractis, Sacerdos sinistra manu apprehendens dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigenus extremitati partem stolæ, introducit eum in Ecclesiam dicens : N. Ingrédere in sanctam Ecclésiam Dei, ut accípias benedictióinem cœlestem a Dómino Jesu Christo, et hábeas partem cum illo, et Sanctis ejus. R. Amen.

Si plures fuerint, dicat in numero plurali : Ingredímini in sanctam Ecclésiam Dei, etc. et introducat eos, ut supra.

Et ingressus Electus, procumbit, seu prosternit se in pavimento, et adorat.

Deinde surgit, et Sacerdos imponit manum super caput ejus, et Electus cum eo recitat Symbolum Apostolorum, et Orationem Dominicam.

Ita etiam si plures fuerint, omnes surgunt, et simul recitant :

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, creatórem cœli, et terræ. Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum ; qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepultus ; descendit ad íferos, tértia die resurréxit a mórtuis : ascéndit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis : inde ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum : sanctam Ecclésiam Cathólicam, Sanctórum communiónen, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiónen, vitam ætérnam. Amen.

Pater noster, qui es in cœlis, sanctificétur nomen tuum : advéniat regnum tuum : fiat volúntas tua sicut in

celo, et in terra. Pauem nostrum quotidiānum da nobis hōdie, et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimittimus debitóribus nostris: et ne nos indúcas in tentatióne: sed líbera nos a malo. Amen.

Tunc rursus Sacerdos imponat manum super caput Electi, et dicat:

Exorcismus.

Ne te latet, Sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi tornénta, imminére tibi diem judícií, diem supplicii sempitérni; diem, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi, atque univérsis ángelis tuis præparátus sempitérnus erit intéritus. Proínde, damnáte, atque damnánde, da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, da honórem Spirítui Sancto Paráclito, in eujus nómine, atque virtúte præcípio tibi, quicúmque es spíritus immúnus, ut éxeas, et recédas ab hoc fámulo Dei N., quem hōdie idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam et benedictiónem, Fontémque Baptísmatis dono vocáre dignátus est: ut fiat ejus templum per aquam regeneratióis in remissióne ómnium peccatórum. In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Similiter si plures fuerint, imponit manum super capita singulorum, et dicit eundem Exorcismum in numero multitudinis, et genere suo.

Postea Sacerdos pollue accipit de saliva oris sui, et tangit aures, et nares Electi; tangendo vero aurem dexteram et sinistram, dicat: **Ephpheta, quod est, adaperire;** deinde tangendo nares, dicat: **In odórem sua-vitatis;** et subdit: **Tu autem effugáre, diábole, appro-pinquábit enim judícium Dei.**

Deinde interrogat Electum : **Quis vocáris ?**

Et ipse respondet : **N.**

Interroget : **N. Abrenúntias Sátanae ?**

R. Abrenúntio.

Interroget : **Et ómnibus opéribus ejus ?**

R. Abrenúntio.

Interroget : **Et ómnibus pompis ejus ?**

R. Abrenúntio.

Tunc Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in Oleo sancto Catechumenorum, et innigat Electum primum in pectore, deinde inter scapulas, in modum Crucis, dicens : **Ego te línio Oleo salútis ✠ in Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam.** R. Amen.

V. **Pax tibi.**

R. **Et cum spíritu tuo.**

Mox bombacio, vel re simili tergit pollicem, et loca inuncta, et subjungit, dicens :

Exi, immúnde spíritus, et da honórem Deo vivo et vero. Fuge, immúnde spíritus, et da locum Jesu Christo Fílio ejus. Recéde, immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Parálito.

Quando plures sunt Electi, idem fit circa singulos eorum. Et ducitur Electus ad Baptisterium : ubi si ob aliquam causam non habeatur, sive præparata non fuerit aqua Baptismalis, fiat benedictio Fontis, ut infra ponitur. Et cum fuerit prope Fontem,

Hic Sacerdos deponat stolam, et pluviale violaceum, et sumat aliud albicoloris.

Sacerdos interrogat : **Quis vocáris ?**

Respondet : **N.**

Interrogat : **N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, creatórem coeli et terræ ?**

R. Credo.

Interrogat: Credis in Iesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum, natum, et passum?

R. Credo.

Interrogat: Credis et in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, et vitam aeternam?

R. Credo.

Iterum interrogat, dicens: N. quid petis?

Respondet: Baptismum.

Interrogat: Vis baptizari?

Respondet: Volo.

Tunc Patrino, vel Matrina, vel utroque, si ambo admittantur, admota manu, tenente, seu tangente Electum, vel Electam, aperto capite, et laxatis a collo vestibus, inclinatum, Sacerdos vaseculo vel ureolo hauriat aquam Baptismalem de Fonte, et cum ea sub trina supra caput in modum Crucis infusione baptizet Electum, seu Electam, in nomine Ss. Trinitatis, sic dicens: N. Ego te baptizo in nomine Patris, **¶** fundat primo: et Filii, **¶** fundat secundo: et Spiritus **¶** Sancti, fundat tertio.

Si aqua, que ex capite baptizati defluit, non dilabitur in sacrarium Baptisterii, recipiatur in subjecta aliqua pelyi, et in illud postmodum projiciatur.

Cum plures sunt Electi, singillatim singuli interrogantur, et baptizantur, ut supra.

Si sunt mares, et foemine, primum mares, deinde foemine.

Verum si probabiliter dubitetur, an Electus fuerit alias baptizatus, dicat Sacerdos: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris **¶**, et Filii **¶**, et Spiritus **¶** Sancti.

Deinde Sacerdos intingat pollicem dexterum in sa-

erum Chrisma, et perungat verticem Electi in modum Crucis, dicens :

Jeus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíitu Sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum, ipse te líniat Chrísmate salútis **¶** in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam. R. Amen.

V. Pax tecum.

R. Et cum spíritu tuo.

Tunc bombacio, vel re simili pollicem tergit, et imponit capiti Electi Chrismale, seu candidum linteolum, et dat illi vestem candidam, dicens : **A**ccipe vestem cándidam, et immaculátam, quam pérferas ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut hábeas vitam ætérnam.

R. Amen.

Et electus deponit priores vestes, et induitur novis albi coloris, vel saltem exteriore candida, quam a Sacerdote acepit.

Postea dat ei Sacerdos cereum, seu candelam acean-
sau in manu dextera, dicens : **A**ccipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis custódi Baptísmum tuum : serva Dei mandáta, ut cum Dóminus vénerit ad nuptias, possis occúrrere ei in áula cœlesti in vitam ætérnam.

R. Amen.

Ipse vero Neophytus eumdem cereum aceansum ma-
nibus teneat usque in finem, præterquam dum con-
firmatur.

In Ecclesiis autem ubi Baptismus fit per immersio-
nem, sive totius corporis, sive capitis tantum, Sacerdos accepiat Electum per brachia prope humeros, et superiore parte corporis nudatum, reliqua honeste contectum, ter illum, vel caput ejus mergendo, et toties elevando, baptizet sub triua immersione, scilicet Trinitatem semel tan-

tum sic invocando: **Ego te baptizo in nōmine Patris, +X** mergat semel: **et Filii, +X** mergat iterum: **et Spíritus Sancti, +X** mergat tertio: Patrio, vel Matrina, vel utroque cum tenente, vel tangente.

Et cum Electus surrexerit de Fonte, Patrius vel Matrina cum linteo in manibus suscepit eum de manu Sacerdotis: et Sacerdos intineto pollicem dextero in sacro Chrismate, illum in vertice in modum Crucis perungit, dicens: **Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, etc.** fol. 39.

Deinde Sacerdos imponit capiti ejus linteolum, seu Chrismale, et dat ei vestem candidam, dicens: **Accipe vestem cándidam, etc.** fol. 39.

Et statim praedicto linteo abstergitur, et in loco se-moto vescitur novis et albis vestibus, et exteriore can-dida, quam accepit.

Postea dat ei Sacerdos caneciam accensam in manu dextera, dicens: **Accipe lámpadem, etc.** fol. 39. Eodem modo, si plures fuerint, fit pro singulis. Postea dicat: **N. Vade in pace, et Dóminus sit tecum. R. Amen.**

Si adsit Episcopus, qui id legitime praestare possit, ab eo Neophyti Sacramento Confirmationis initiantur. Deinde si hora congruens fuerit, celebratur Missa, cui Neophyti intersunt, et Sanctissimam Eucharistiam devote susci-piunt.

Si vero ob baptizandorum multitudinem, u. in India et novo Orbe quandoque contingit, in singulorum Baptis-mo prescripti ritus adhiberi non possunt, tunc vel pluribus simul adhibeantur, vel si urget necessitas, omi-nantur.



C
sita
mia
per
sup
S
vio
si p
qui
I
exj
pro
N
I
S
I
S
dáte
et e
muri
D
cat
E
San
* J

SUPPLENDI OMISSA

ST. PETER

INFANTEM BAPTIZATUM

Cum urgente mortis periculo, vel alia cogente necessitate parvulus, saeris precibus, ac ceremoniis praetermissis, fuerit baptizatus, ubi convaluerit, vel cessaverit periculum, et ad Ecclesiam delatus fuerit, omissa omnia supplentur.

Sacerdos itaque, lotis manibus, superpelliceo, et stola violacea indutus, accedat : Clericum unum, seu plures, si potest, secum adhibeat, superpelliceo pariter indutos, qui sibi ministrent.

Ita paratus accedat ad limen Ecclesiae, extra quam expectant, qui Infantem, vel Infantes detulerunt, illum proprio nomine eidem imposito appellando, et dicens :

N. Quid petis ab Ecclesia Dei ? *

Patrinus Catechesis respondet : **Fidem.**

Sacerdos : **Fides quid tibi praestat ?**

Patrinus respondet : **Vitam aeternam.**

Sacerdos : **Si igitur vis ad vitam ingredi, serva mandata : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et proximum tuum sicut te ipsum.**

Deinde ter exsusfilet leniter in faciem infantis, et dicat semel :

Exi ab eo, immunde spiritus, et da locum Spiritui Sancto Paracclito.

* Pro interpretatione interrogationum, vide supra.

Postea pollice faciat signum Crucis in fronte, et in pectore infantis dicens :

Accipe signum Crucis tam in fronte **¶**, quam in corde **¶**: sume fidem cœlestium præceptórum, et talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis.

Orémus.

Oratio.

Precées nostras, quæsumus Dómine, clementer exaudi, et hunc éléctum N. Crueis Domínicæ impressióne signátum perpétua virtute custodi: ut magnitudinis glóriae tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde imponat manum super caput infantis, et dicat :

Orémus.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi, respicere dignare super hunc fábulum tuum N., quem dudum ad rudiménta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: disrumpere omnes láqueos Sátanæ, quibus fúterat colligatus: áperi ei, Dómine, jánuam pietatis tuæ, ut, signo sapiéntiae tuæ imbútus, ómnium cupiditatum fœtóribus cárreat, et ad suávem odórem præceptórum tuórum létus tibi in Ecclesiá tua desérviat, et proficiat de die in diem, ut idóneus sit frui grátia Baptísmi tui, quem suscépit salis percépta medicina. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde Sacerdos benedicat salem, qui, semel benedictus, alias ad cùndem usum deservire potest.

Benedictio salis.

Exorcizo te, creatúra salis, in nōmine Dei Patris omnipoténtis **¶**, et in charitáte Dómini nostri Jesu Christi **¶**, et in virtute Spíritus **¶** Sancti. Exorcizo te per Deum vivum **¶**, per Deum verum **¶**, per Deum sanctum **¶**, per Deum **¶**, qui te ad tutélam humáni géne-

ris procréavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine sanctae Trinitatis officiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Próinde rogamus te, Dómine, Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifices **X**, et benedicendo benedicas **X**, ut sit omnibus accipientibus perfecta medicina, permanens in viscerebus eorum, in nomine ejusdem Dómini nostri Iesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.
R. Amen.

Deinde immittat modicum salis benedicti in os infantis, dicens :

N. Accipe sal sapientiae ; propitiatio sit tibi in vitam æternam.

R. Amen.

Sacerdos. Pax tecum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Oratio.

Ieus Patrum nostrorum, Deus universae conditor veritatis, te supplices exoramus, ut hunc famulum tuum N. respicere digneris propitiis, et hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleaturo celesti, quanto sit semper spiritu fervens, spe gaudens, tuo semper nomine seriens, et quem ad novae regenerationis lavacrum perduxisti, quesumus, Dómine, ut cum fidelibus tuis promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Exorcizo te, iniunde spiritus, in nomine Patris **X**, et Filii **X**, et Spiritus **X** Sancti, ut ex eas, et recedas ab hoc famulo Dei N. : Ipse enim tibi imperat, maledicete damnate, qui pedibus super mare ambulavit, et Petro mergenti déxteram porréxit.

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam,
et da honórem Deo vivo et vero, da honórem Jesu Christo
Fílio ejus, et Spirítui Sancto, et recéde ab hoc fámulo
Dei N., quia istum sibi Deus, et Dóminus noster Jesus
Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem,
fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est.

Hic pollice in fronte signat infantem, dicens : **Et hoc
signum sanctæ Crueis ✕, quod nos fronti ejus damus,**
tu, maledícte diábole, numquam áudeas violáre. Per eúm-
dem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Mox, imponit manum super caput infantis, et dicit :

Orémus.

Oratio.

Aetérnam, ac justíssimam pietátem tuam déprecor,
Dómine sancte, Pater omnípotens, æténe Deus,
áuctor lúminis et veritátis, super hunc fámulum tuum N.,
ut dignérис illum illumináre lúmine intelligéntiæ tuæ :
munda eum, et sanctifica : da ei sciéntiam veram, ut
dignus sit frui grátia Baptísmi tui quem suscépit : téneat
firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam, ut
aptus sit ad retinéndam grátiam Baptísmi tui. Per Chri-
stum Dóminum nostrum. R. Amen.

Postea Sacerdos imponit extreñum partem Stole super
infantem, ei introduceit eum in Ecclesiam, dicens :

N. Ingrédere in templum Dei, ut hábeas partem cum
Christo in vitam ætérnam. R. Amen.

Cum fuerint Ecclesiam ingressi, Sacerdos procedens
ad Fontem, clara voce dicit :

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem
cœli, et terræ. Et in Jesum Christum Fílium ejus
únicum, Dóminum nostrum. Qui concéptus est de Spí-
ritu Sancto, natus ex María Vírgine. Passus sub Póntio
Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepultus. Descéndit ad
ínferos, tértia die resurréxit a mórtuis. Ascéndit ad cœ-

los, sedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis. Inde ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos. Credo in Spíritum Sanetum : sanctam Ecclésiam Cathólicam : Sanctórum communiónem : remissiónem peccatórum : carnis surrectionem : vitam ætérnam. R. Amen.

Pater noster, qui es in cœlis, sanctifieétur nomen tuum : advéniat regnum tuum : fiat volúntas tua, sicut in cœlo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie ; et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris : et ne nos indúcas in tentatióne ; sed libera nos a malo. R. Amen.

Ac deinde antequam acedat ad Baptisterium dicat :

Exorcismus.

Exorcízo te, omnis spíritus immúnde, in nómine Dei Patris omnipoténtis **¶**, et in nómine Jesu Christi, Fílli ejus, Dómini, et júdicis nostri **¶**, et in virtúte Spíritus Sancti **¶**, ut discédas ab hoc plásmate Dei N. quod Dóminus noster ad templum sanctum suum vocáre dignátus est, ut fieret templum Dei vivi, et Spíritus Sanctus hábitet in eo. Per eúmdem Christum, Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Postea Sacerdos dígito accipiat de saliva oris sui, et tangat aures, et nares infantis. Tangendo vero aurem dexteram, et sinistram dicat :

Ephpheta, quod est adaperíre. Deinde tangat nares, dicens :

In odórem suavitatis. Tu autem effugáre, diábole, appropinquábit enim júdícium Dei.

Postea interrogat baptizatum nominatim dicens :

N. Abrenúncias sátanæ ?

Respondet Patrius. **Abrenúncio.**

Sacerdos : Et ómnibus opéribus ejus ?

Patrinus : Abrenúncio.

Sacerdos : Et ómnibus pompis ejus ?

Patrinus : Abrenúncio.

Deinde Sacerdos intingit pollicem in óleo Catechumenorum, et infantem ungit in pectore, et inter scapulas, in modum Crucis, dicens semel :

Ego te línio **¶** óleo salútis in Christo Jesu Dómino nostro, ut hábeas vitam ætérnam. R. Amen.

Hic deponit stolam Subinde pollicem, et inuneta loea abstergit bombacio, vel re simili.
violaceam, et sumit et interrogat, expresso nomine, ba-
alias albi coloris. ptizatum, Patrino respondente.

N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, creatórem cœli, et terræ ?

R. Credo.

Credis in Jesum Christum Fílium ejus únicum Dóminum nostrum, natum, et passum ?

R. Credo.

Credis in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Ca-thólicam, Sanctórum communiónem, remissiónem pec-catórum, carnis resurrectiōnem, vitam ætérnam ?

R. Credo.

Sacerdos intingit pollicem in saero Chrismate, et ungit infantem (quem Patrinus vel Matrina, vel niterque simul tenent) in summitate capitis in modum Crucis, dicens :

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, qui dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum, (hic inungit) ipse te líniat Chrísmate salútis **¶** in eódem Christo Jesu Dómino nostro in vitam ætérnam.

R. Amen.

Tum bombacio, vel re simili, abstergit pollicem, et

locum imunctum, et imponit capiti infantis linteolum candidum, loco vestis albie, dicens :

**Accipe vestem cándidam, quam immaculátam pér-
feras ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut há-
beas vitam ætérnam.**

R. Amen.

Postea dat ei, vel Patrino, candelam accensum, dicens :

**Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis cu-
stódi Baptísmum tuum : serva Dei mandáta, ut cum Dó-
minus vénerit ad nuptias, possis occúrrere ei una cum
ómnibus Sanctis in áula cœlesti, habeásque vitam æté-
nam, et vivas in sæcula sæculórum.**

R. Amen.

Postremo Sacerdos dicit : N. **Vade in pace, et Dó-
minus sit tecum.**

R. Amen.

Si vero fuerint plures infantes, masculi seu fœminæ, in Catechismo masculi statuantur ad dexteram, fœminæ vero ad sinistram ; et omnia pariter dicantur, ut supra, in proprio genere, et numero plurali. Verum prima no- minis interrogatio, exsufflatio, Crueis impressio, seu signatio, tactus aurium et narium cum saliva, abrenun- tiationis interrogatio, unctio Olei Catechumenorum, in- terrogatio de Fide, seu Symbolo, innétio Chrismatis, candidæ vestis impositio, atque candela accensæ tradi- tio singulariter singulis, et primum masculis, deinde fœ- minis fieri debent.



ORDO
SUPPLENDI OMISSA

SUPPER

BAPTIZATUM ADULTUM

In primis Sacerdos indutus superpelliceo et stola, vel etiam pluviali violacei coloris cum suis Clericis accedit ad gradus Altaris, et genibus flexis, pias mente ad Deum preces effundit ut sacram actionem digne valeat explere; et ad implorandum divinum auxilium surgens se signat. et si temporis ratio ferat dicit **V. Deus in adjutorium etc.** cum Ant. Psal. **V. V.** et orationibus, ut supra in Baptismo adulorum notatur fol. 22.

Deinde Sacerdos procedit ad fines Ecclesiae, et stat in limine, catechizandus vero extra limen. Et si sunt plures, mares, et foeminae, illi ad dexteram Sacerdotis, haec vero ad sinistram statuantur; et Sacerdos interrogat.

Quo nōmine vocáris?

Sacerdos: **N.**

Sacerdos: N. quid pétis ab Ecclésia Dei?

R. Fidem.

Sacerdos: Fides, quid tibi præstat?

R. Vitam ætérnam.

Sacerdos: Si vis habére vitam ætérnam, serva mandáta.

Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua, et ex tota mente tua, et próximo tuum sicut teípsum: in his duóbus mandátis tota Lex pendet, et Prophétæ. Fides autem est, ut unum Deum in Trinitáte, et Trinitátem in Unitáte veneréris, neque confundéndo per-

sónas neque substántiam separándo. Alia est enim per-
sóna Patris, ália Fílii, ália Spíritus Sancti, sed horum
trium una est substántia, et nōnnisi una Divinitas.

Et rursus interrogat : N. Abrenúncias sátanæ ?

Resp. Electus : Abrenúncio.

Interrogat : Et ómnibus opéribus ejus ?

Respondet : Abrenúncio.

Interrogat : Et ómnibus pompis ejus ?

Respondeo : Abrenúncio.

Deinde Sacerdos interrogat de Symbolo Fidei, dicens :
Credis in Deum, Patrem omnipoténtem creatórem
cœli, et terræ ?

Respondet : Credo.

Interrogat : Credis in Jesum Christum Fílium ejus
únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum ?

Respondet : Credo.

Interrogat : Credis in Spíritum Sanctum, sanctam
Ecclésiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, re-
missiónem peccatórum, carnis resurrectiōnem, et vitam
ætérnam ? Resp. Credo.

Tunc Sacerdos exsuflat ter in faciem ejus, semel
dicens : Exi ab eo, spíritus immûnde, et da locum Spi-
ritui Sancto Paráclito.

Hic in modum Crucis halet in faciem ipsius, et dicat :
N. Accipe Spíritum bonum per istam insufflatiōnem,
et Dei benedictiōnem Pax tibi.

R. Et cum spíritu tuo.

Deinde facit Crucem cum pollice in fronte et in pe-
ctore, dicens : N. Accipe signum Crucis tam in fronte ,
quam in corde : sume fidem cœlestium praeceptórum.
Talis esto móribus, ut templum Dei jam esse possis ;
ingressúsque Ecclésiam Dei, evasisse te láqueos mortis,
lætus agnoscere.

Et si Electus venit de Gentilitatis errore, sive de Ethnicis, et Idololatris, dicat :

Horréscet idóla, respue simuláera.

Si ex Hæbreis, dicat :

Horréscet Judáicam perfidiam, respue Hebráicam superstitionem.

Si ex Mahumetanis dicat :

Horréscet Mahuméticam perfidiam, respue pravam sectam infidelitatis.

Si ex Hereticis, et in ejus baptismo debita forma servata non sit, dicat :

Horréscet Hæréticam pravitatem, respue nefárias sectas impiorum. N. exprimens proprio nomine sectam de qua venit. Inde prosequatur :

Cole Deum omnipoténtem, et Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui venturus est judicare vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

Si plures sunt Electi, omnia supradicta dicuntur singillatim super singulos :

Orémus.

Oratio.

Tu déprecor, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne

Deus, ut huic fámulo tuo N. qui in hujus sæculi nocte vagátur incértus, ac dúbios, viam veritatis et agnitiónis tuæ júbeas demonstrári : quátenus, reseráti óculis cordis sui, te unum Deum Patrem in Fílio, et Fílium in Patre cum Spíritu Sancto recognóscat, atque hujus confessiónis fructum, et hic, et in futúro sæculo percípere mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Si plures sunt Electi p्रeceedens Oratio dicatur in numero plurali. Sequentes autem signationes sicut eum suis verbis singillatim super singulos.

Deinde signet Electum signo Crucis cum pollice in fronte, dicens :

Signo tibi frontem **¶**, ut suscípias Crucem Dómini.

In auribús. Signo tibi áures **¶**, ut áudias divína
præcépta.

In oculis. Signo tibi óculos **¶**, ut vídeas claritátem Dei.

In naribus. Signo tibi nares **¶**, ut odórem suavi-
tatis Christi sénrias.

In ore. Signo tibi os **¶**, ut loquáris verba vitæ.

In pectore. Signo tibi pectus **¶**, ut eredas in Deum.

In scapulis. Signo tibi scápulas **¶**, ut suscípias ju-
gum servitútis ejus.

In toto corpore, illud non tangens, manu producit
signum Crucis, et dicit :

Signo te totum, in nómine Patris **¶**, et Fílli **¶**,
et Spíritus Sancti **¶**, ut hábeas vitam aetérnam, et vi-
vas in sæcula sæculórum. R. Amen.

Orémus.

Oratio.

Preces nostraras, quæsumus Dómine, cleménter exáudi :
Et hunc Eléctum N. Crucis Domínicæ, cuius impres-
sióne eum signámus, virtúte custódi : ut magnitúdinis
glóriæ tuæ rudiménta servans, per custódiam mandatórum
tuórum ad regeneratiónis glóriam pervenire mereátur.
Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Orémus.

Oratio.

Déus, qui humáni géneris ita es cónditor, ut sis étiam
reformátor, propitiáre pópolis adoptívis, et novo
testaménto sóbolem novæ prolis adscríbe, ut filii pro-
missiónis, quod non potuérunt ásse qui per natúram,
gáudeant se recepísse per grátiam. Per Christum Dómi-
num nostrum. R. Amen.

Tunc imponit manum super caput Electi, et dicit :

Orémus.

Oratio.

() mnípotens, sempitérne Deus, Pater Dómini nostri
Jesu Christi, respícere dignáre super hunc fámulum

tuum N. quem dudum ad rudimenta fidei vocare dignatus es; omnem cœcitatatem cordis ab eo expelle: disrumpere omnes laqueos satanae, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine Januam pietatis tue, ut, signo sapientiae tue imbutus, omnium cupiditatum fetoribus careat, et ad suavem odorem praecoptorum tuorum letus tibi in Ecclesia tua deserviat, et proficiat de die in diem, ut idoneus sit frui gratia Baptismi tui, quem suscepit, salis percpta medicina. Per eundem Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Si plures sint, haec et praecedens Oratio: Preces nostras dicantur in numero plurali.

Deinde Sacerdos benedic sal.

Benedictio Salis.

Exorcizo te, creatura salis, in nomine Dei Patris omnipotentis ☩, et in charitate Domini nostri Iesu Christi ☩, et in virtute Spiritus Sancti ☩: exorcizo te per Deum vivum ☩, per Deum verum ☩, per Deum sanctum ☩, per Deum ☩, qui te ad tutelam humani generis procreavit, et populo venienti ad credulitatem per servos suos consecrari praecepit, ut in nomine sanctae Trinitatis efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te, Domine Deus noster, ut hanc creaturam salis sanctificando sanctifies ☩, et benedicendo benedicas ☩, ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum, in nomine ejusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est judicare vivos, et mortuos, et saeculum per ignem. R. Amen.

Quod si Electus fuerit Gentilis, seu ex Idololatria venerit ad fidem, benedicto sole, antequam ejus medicinam gustet, Sacerdos addat sequentem Orationem, quae tamen pro venientibus ex Hebreis, vel aliis ut supra, non dicitur.

Orémus.

Oratio.

Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, qui es, et qui eras, et qui pérmanes usque in finem, cuius orígo nescítur, nec finis comprehéndi potest : te súpplices invocámus super hunc fámulum tuum N. quem liberásti de erróre gentílium, et conversatióne turpíssima ; dignáre exaudíre eum, qui sibi cervíces suas humiliat ad lavácri fontem, ut renátus ex aqua, et Spíritu Sancto, expoliátus vétérem hóminem, induat novum, qui secundum te creátus est ; accípiat vestem incorrúptam, et immaculátam, tibique Deo nostro servíre mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Si plures sint, praeedens Oratio dicatur in numero plurali.

Tunc Sacerdos pollicé, et indice accipit de ipso sale benedicto, et immittit in os Electi, dicens : N. **Accipe sal sapiéntiæ** : propitiatio sit tibi in vitam aeternam.

R. Amen.

Sacerdos. Pax tibi.

R. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Deus Patrum nostrorum, Deus univérsæ cónditor veritatis, te súpplices exorámus, ut hunc fámulum tuum N. respícere dignérис propítius, et hoc pábulum salis gustántem, non diútius esuríre permítta, quo minus cibo repleátur cœlesti ; quátenus sit semper spíritu fervens, spe gáudens, tuo semper nómini sérviens, et quem ad novæ regeneratiónis lavácrum perduxísti, quæsumus, Dómine, ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum aetérna præmia conseguí mereátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Si plures sint dicatur singulis N. **Accipe sal etc.** et praeedens Oratio **Deus Patrum nostrorum** in numero plurali.

Si inter Electos adsint Feminae, recedant ipsae in partem, quousque tertio dicatur Maserlis : **Ora Eléete etc.** et hi signati fuerint in fronte.

Si plures sint Electi, hic et in sequentibus Sacerdos dicat in numero plurali : **Oráte Elécti, fléctite génua etc.**

Deinde Sacerdos dicat super masculum tantum :

Ora, Elécte, fleete génua, et dic : Pater noster.

Et Electus genuflexus orat, et dicit **Pater noster etc.**

Et enim dixerit usque ad **Sed líbera nosa malo inclusive.** Sacerdos dicit : **Leva, comple oratióne tuam, et die :**

Amen.

Electus, surgens, respondet : **Amen.**

Sacerdos dicit Patrino : **Signa eum.**

Deinde Electo : **Accéde.**

Et Patrinius pollicie signat Electum in fronte, dicens :

In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus, dicens :

In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Et imponit manum super eum, et dicit :

Orémus.

Oratio.

Ieus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus, qui Moysi fámulo tuo in Monte Sínai apparuísti, et filios Israel de terra Ægypti eduxísti, députans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodíret eos die, ac nocte : te quæsumus, Dómine, ut mítttere dignérис sanctum Angelum tuum de cœlis, qui simíliter custódiat et hunc fámulum tuum N., et perdúcat eum ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Exorcismus.

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo, et vero ; da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto : recéde ab hoc fá-

mulo Dei N. quia istum sibi Deus, et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanetam grátiam, fontémque Baptísmatis vocáre dignátus est ; et hoc signum sanctæ Crueis ✕ quod nos fronti ejus damus, tu maledícte diábolo, nunquam áudeas violáre. Per cùndem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et sacerdolum per ignem. R. Amen.

Sacerdos dicit secundo Electo.

Ora Elécte, flecte génum, et dic : Pater noster.

Electus, genu flexo, orat, et dicit : Pater noster usque ad Sed líbera nos a malo inclusive.

Sacerdos subjungit : Leva, comple oratióne tuam, et die : Amen.

Electus, surgens, respondet : Amen.

Sacerdos dicit Patrino : Signa cum.

Deinde dicit Eleto : Accéde.

Et Patrinius cum pollice signat Electum in fronte, dicens :

In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signum Crueis in fronte ejus, dicens :

In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super eum, et dicit :

Orémus. Oratio.

D^eus, immortálē præsidium ómnium postulántium, liberatio súpplicum, pax rogántium, vita credéntium, resurréctio mortuórum, te ínvoco super hunc fámulum tuum N. qui, Baptísmi tui donum petens, aetérnam cónsequi grátiam spirituáli regeneratione desíderat : áccipe eum, Dómine, et quia dignátus es dícere : Pétite, et accipiétis, quærite, et inveniétis, pulsáte et aperiétur vobis : peténti præmium pórrige, et jánuam pande pulsánti, ut aetérnam cœlestis lavácri benedictiōnem consecútus,

missa tui múnneris regná percípiat. Qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivis, et regnas Deus in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Exorcismus.

Audi, maledícte sátana, adjurátus per nomen aetérni Dei, et Salvatóris nostri Jesu Christi, Filii ejus, cum tua vicius invídia, treménsque discéde; nihil tibi sit com-múne cum servo Dei N. jam coeléstia cogitánte, renun-ciatiúro tibi, et sæculo tuó, et beátæ immortalitáti vi-etúro. Da ígitur honórem adveniénti Spirítui Sancto, qui ex summa cœli arce deseéndens, proturbátis fráudibus tuis, divíno fonte purgátum pectus, sanctificátum Deo templum, et habitáculum perfécit, ut ab ómnibus pénitus nónxiis præt ritórum críminum liberátus servus Dei, grá-tias perénni Deo réferat semper, et benedícat nomen san-ctum ejus in sæcula sæculórum. R. Amen.

Sacerdos tertio dicit Electo.

Ora, Eléete, fleete génuia, et die: Pater noster.

Electus, flexo genu, orat, et dicit: Pater noster usque ad Sed libera nos a malo inclusive:

Sacerdos subjungit: Leva comple oratióñem tuam, et die: Amen.

Electus, surgens, respondet: Amen.

Sacerdos dicit Patrino: Signa eum.

Deinde dicit Electo: Accéde.

Et Patrini scum pollicis signat Electum in fronte, dicens:

In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus, dicens: In nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manum super Electum, dicens:

Exorcismus.

Exorcizo te, immúnde spíritus, in nomine Patris **¶**, et Filii **¶**, et Spíritus Sancti **¶**, ut éxeas, et recédas

ab hoc fāmulo Dei N. Ipse enim tibi īperat, maledīcte
damnātē, qui pēdibus super mare ambulāvit, et Petro
mergēnti déxteram porréxit.

Exorcismus.

Ergo, maledīcte diábole, recōgnōsee sentētiā tuām,
Et da honōrem Deo vivo, et vero; da homōrem Jesu
Christo Fílio ejus, et Spíritui Sancto: recēde ab hoc fā-
mulo Dei N. quia istum sibi Deus, et Dóminus noster
Jesus Christus ad suām sanctām grātiām, fontēmque Ba-
ptismatis vocāre dignātus est: et hoc signūm sanetāe Crucis
¶, quod nos fronti ejus damus, tu, maledīcte diá-
bole, nunquam áudeas violāre. Per eūmdeū Christum
Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicāre vivos, et
mōrtuos, et sāculum per ignem. R. Amen.

Si, nt supra, adsint Fōmina, retrahunt se Maseuli
in partem, et accedunt Fōmina.

Sacerdos dicit Electae.

Ora, Elēcta, flecte gēnua, et die: Pater noster.

Et Electa, genu flexo, orat, et dicit: Pater noster etc.

Et enī dixerit usquead Sed libera nos a malo inclusive.

Sacerdos dicit: Leva, comple orationem tuām, et
die: Amen.

Electa, surgens, respondet: Amen.

Sacerdos dicit Patrino: Signa eam.

Deinde dicit Electae: Accéde.

Et Patrinos pollicē signar Electam in fronte, dicens:

In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signūm Crucis in fronte ejus,
et dicit: In nōmine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti.

Deinde imponit manūm super Electam, et dicit:

Orémus.

Oratio.

Deus cōeli, Deus terræ, Deus Angelōrum, Deus Ar-
changelōrum, Deus Prophetārum, Deus Apostolōrum.

Deus Mártyrum, Deus Confessórum, Deus Vírginum, Deus ómnium bene vivéntium ; Deus, cui omnis lingua confitétur, et omne genufléctitur, cœlestium, terréstrium, et infernórum : te, ínvoco, Dómine, super hanc fámu-lam tuam N. ut eam custodíre, et perdúcere dignérís ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Exorcismus.

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam, et da honórem Deo vivo et vero ; da honórem Jesu Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto ; recéde ab hac fá-mula Dei N. quia istam sibi Deus, et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque Ba-ptismatis vocáre dignátus est : et hoc signum sanctæ Crucis **¶**, quod nos fronti ejus damus, tu maledícte diábole nunquam áudeas violáre. Per eúndem Christum Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Deinde Sacerdos iterum dicit Electæ.

Ora, Elécta, flecte génuia, et die : Pater noster.

Et Electa, gena flexo, orat, et dicit : Pater noster.

Et cum dixerit usque ad **Sed libera nos a malo inclusive.**
Sacerdos dicit : Leva ; comple oratióinem tuam, et die : Amen.

Electa surgens respondet : Amen.

Sacerdos dicit Patrino : Signa eam.

Deinde dicit Electæ : Accéde.

Et Patrinus pollicè signat Electam in fronte, dicens :

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus, dicens

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Postea imponit manum super caput Electæ, et dicit:
Orémus. Oratio.

Jeus Abraham, Deus Isaae, Deus Jacob, Deus, qui Moysi fámulo tuo in monte Sinai apparuísti, et filios Israel de terra Ægypti eduxísti, députans eis Angelum pietatis tuæ, qui custodíret eos die, ac nocte: te quæsumus, Dómine, ut míttere dignérissanctum Angelum tuum de cœlis, qui simíliter custódiat et hanc fámulam tuam N., et perdúcat eam ad grátiam Baptísmi tui. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Postea Sacerdos dicit tertio Electæ.

Ora, Elécta, flecte génuia, et dic: Pater noster.

Et Electa, genu flexo orat, et dicit: Pater noster.

Et cum dixerit usque ad **Sed libera nos a malo inclusive.**

Sacerdos dicit: **Leva, comple oratióne tuam, et die: Amen.**

Electa, surgens, respondet: **Amen.**

Sacerdos dicit Patrino: **Signa eam.**

Deinde dicit Electa: **Accéde.**

Et Patrinius eum pollice signat Electam in fronte, dicens: **In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.**

Et Sacerdos pariter facit signum Crucis in fronte ejus, dicens: **In nōmine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.**

Postea imponit manum super caput Electæ, et dicit:
Exorcismus.

Exorcizo te, immunde spíritus, per Patrem **¶**, et Fílium **¶**, et Spíritum Sanctum **¶**, ut éxeas, et recédas ab hac fámula Dei N. Ipse enim tibi ímparat, maledícte damnáte, qui cæco nato oculos apéravit, et quadruánnum Lázarum de monuménto suscitávit.

Exorcismus.

Ergo, maledícte diábole, recognósce senténtiam tuam,
et da honórem Deo vivo, et vero, da honórem Jesu

Christo Fílio ejus, et Spirítui Sancto: recéde ab hac fá-
mula Dei N. quia istam sibi Deus et Dóminus noster
Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, fontémque
Baptísinati vocáre dignátus est: et hoc signum sanctæ
Crucis , quod nos fronti ejus damus, tu, maledícte
diábole, nunquam áudeas viólare. Per eúndem Christum
Dóminum nostrum, qui ventúrus est judicáre vivos, et
mórtuos, et sèculum per ignem. R. Amen.

Postmodum accedunt iteram Maseuli, qui se retraxe-
rant, et ipsi ad dexteram. Fœminæ vero ad sinistram
Sacerdotis, ut in principio, disponuntur.

Sacerdos imponit manum super Electum, vel, si sint
plures, super singulos, tam Masculos, quam Fœminas,
et dicit:

O rémus.

Oratio.

Altérnam, ac justissimam pietátem tuam déprecor,
Dómine sanete, Pater omnípotens, aëterne Deus,
áuctor lúminis, et veritatis, super hunc fámulum tuum N.
ut dignérис illum illumináre lúmine intelligéntiae tuæ:
munda eum et sanctifica: da ei sciéntiam veram, ut
dignus efficiátur frui grátia Baptísni tui quem suscépit:
téneat firmam spem, consílium rectum, doctrinam san-
ctam, ut aptus sit ad retinéndam grátiam Baptísni tui.
Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Si plures fuerint Electi sive Mares sive Fœminæ, præ-
cedens Oratio dicatur in numero plurali, et in genere
proprio, ut superius dictum est.

His peractis, Sacerdos sinistra manu apprehendens
dexteram Electi prope brachium, vel ei porrigenus extre-
mam partem Stolæ, ex humero sinistro pendentis, in-
troducit eum in Ecclesiam, dicens:

N Ingrédere in sanctam Ecclésiam Dei, ut accípias

benedictiōnem cœlestem a Dómino Jesu Christo, et hábeas partem eum illo, et Sanctis ejus. R. Amen.

Si plures fuerint, dicat in numero plurali: Ingrediūmini in sanctam Ecclésiam Dei etc. et introduceat eos, ut supra.

Et ingressus Electus procumbit, seu prosternit se in pavimento, et adorat.

Deinde surgit, et Sacerdos imponit manum super caput ejus, et cum eo recitat Symbolum Apostolorum, et Orationem Dominicam.

Ita etiam si plures fuerint, omnes surgunt, et simul recitant:

Credo in Deum, Patrem omnipoténtem, Creatórem cœli, et terræ. Et in Iesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum. Qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine. Passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepultus. Descéndit ad íferos, tértia die resurréxit a mórtuis. Ascéndit ad cœlos, sed et ad dexteram Dei Patris omnipoténtis. Inde venturus est judicare vivos, et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum: sanctam Ecclésiam Cathólicam, Sanctórum communiónem: remissiónem peccatórum; earnis resurrectiōnem; vitam ætérnam. Amen.
Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cœlo, et in terra. Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie; et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris: et ne nos indúcas in tentatiōnem; sed líbera nos a malo. Amen.

Tunc rursus Sacerdos imponat manum super caput Electi, et dicat:

Exorcismus.

Nec te latet, sátana, imminére tibi pœnas, imminére tibi torménta, imminére tibi diem judícií, diem sup-

plíciíi sempítérni, diem, qui ventúrus est velut clíbanus ardens, in quo tibi, atque univérsis ángelis tuis præparátus sempítérnus erit intéritus. Proínde, damnáte, atque damnánde, da honórem Deo vivo, et vero, da honórem Jesu Christo Fílio ejus, da honórem Spíritui Sancto Paráclito, in eujus nómine, atque virtúte præcípio tibi, quicúmque es, spíritus immúnde, ut éxeas, et redreas ad hoc fámulo Dei N. quem idem Deus, et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam, et benedictiónem, fontémque Baptísmatis dono vocáre dignátus est, ut fieret ejus templum per aquam regenerationis, in remissióne ómnium peccatórum. In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos, et mórtuos, et sǽculum per ignem.

R. Amen.

Similiter, si plures fuerint, impónit manum super capita singulorum, et dicit eundem Exorcismum in numero multitudinis, et in genere suo.

Postea Sacerdos pollice accipit de saliva oris sui, et tangit aures, et narés Electi; tangendo vero aurem dexteram, et sinistram, dicat, **Ephpheta, quod est adaperíre;** Deinde tangendo narés, dicat: **In odórem suavitatis;** Et subdit: **Tu autem effugáre, diábole, appropinquábit enim judícium Dei.**

Deinde interrogat Electum: **Quis vocáris?**

Et ipse respondeat: **N.**

Interroget: **N. Abrenúncias sátanae?**

R. **Abrenúncio.**

Interroget: **Et ómnibus opéribus ejus?**

R. **Abrenúncio.**

Interroget: **Et ómnibus pompis ejus?**

R. **Abrenúncio.**

Tunc Sacerdos intingit pollicem dexteræ manus in Oleo

sancto Cathleeniorum, et imungit Electum primum in pectore, deinde inter scapulas in modum Crucis, dicens :

Ego te línio Oleo salútis  in Christo Jesu Dómino nostro, in vitam ætérnam. R. Amen.

V. Pax tibi.

R. Et cum spíritu tuo.

Mox bombacio, vel re simili, tergit pollicem, et loca immunda et subjungit, dicens :

Exi, immúnde spíritus, et da honórem Deo vivo, et vero. Fuge, immúnde spíritus, et da locum Jesu Christo Filio ejus. Recéde, immúnde spíritus, et da locum Spirítui Sancto Paráclito.

Hic Sacerdos depo- Quando plures sunt Electi idem *nat stolam et pluviale* fit circa singulos eorum. Et *du-* *coloris violacei, et su-* citur Electus ad Baptisterium, ubi *mat aliud albi coloris*. Sacerdos interrogat :

Quis vocáris ?

Respondet : N.

Interrogat : Credis in Deum Patrem omnipoténtem, creatórem cœli et terræ ?

R. Credo.

Interrogat : Credis et in Jesum Christum Filium ejus únicum, Dóminum nostrum, natum, et passum ?

R. Credo.

Interrogat : Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Cathólicam, Sanctórum communiónem, remissió- nem peccatórum, carnis resurrectiōnem, et vitam ætérnam ?

R. Credo.

Sacerdos intingat pollicem dexterum in sanatum Chri- sma, et perungat verticem Electi in modum Crucis, dicens :

Deus omnípotens, Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum (hic imungit)

ipse te liniat Chrismate salutis **X** in eodem Christo
Jesu Dominu nostro, in vitam æternam. R. Amen.

V. Pax tecum.

R. Et eum spíitu tuo.

Tunc bombacio, vel re simili, pollicem tergit, et imponit capiti Electi Chrismale, seu candidum linteolum, et dat illi vestem candidam, dicens :

Accipe vestem cándidam, quam immaculátam pér-
feras ante tribúnal Dómini nostri Jesu Christi, ut há-
beas vitam æternam. R. Amen.

Et Electus deponit priores vestes, et induitur novis
albi coloris, vel saltu exteriore candida, quem a Sa-
cerdote accepit.

Postea dat ei Sacerdos cereum, seu candelam accen-
sam in manu dextera, dicens :

Accipe lámpadem ardéntem, et irreprehensíbilis eu-
stodi Baptísmu tuum : serva Dei mandáta, ut, cum
Dóminus vénérerit ad núptias, possis occúrrere ei in aula
cœlesti in vitam æternam. R. Amen.

Ipse vero Neophytus Cereum accensum in manibus
teneat usque in finem, praeterquam dum confirmatur.

Postea dicat :

N. Vade in pace, et Dóminus sit tecum.

R. Amen.

Si adsit Episcopus, qui id legitime præstare possit,
ab eo Neophyti, si sint confirmandi, premissa, si opus
fuerit, Sacramentali Confessione, Sacramento Confirmationis
initiantur.

Deinde si hora congruens fuerit celebratur Missa, eni
Neophyti intersunt, et Sanetissimam Eucaristiam devote
suscipiunt.

RITUS SERVANDUS

CUM EPISCOPUS BAPTIZAT.



Si Episcopus, vel S. R. E. Cardinalis paryulos, vel adultos baptizare voluerit, parantur, et servantur omnia, ut superius de ordine Baptismi dictum est, atque haec, praeter ea que infra notantur.

Adsint Cappellani, vel alii Presbyteri, et Clerici superpellicieis induiti, qui ei assistant ac ministrent.

Ipse vero super rochetum, sive superpelliceum, si est Regularis, accipiat amictum, albam, et cingulum, ei stolam, et pluviale violacei coloris, ac mitram: atque ita paratus, eum ministris procedat ad Baptismi ministerium. Et dum interrogat: **N. quid petis ab Ecclesia Dei?** ac dum facit reliquas interrogationes, sedet cum mitra: cum vero exsufflat diendo: **Exi ab eo, immunde spiritus,** surgit eum mitra. Rursus sedet, cum signat Catechumenum signo Crucis in fronte, et in pectore, vel dicit: **Accipe signum Crucis, etc.** et cum dicit Orationes, quae præcedunt, vel sequuntur benedictionem salis, surgit, deposita mitra, similiter eum ipsum salem benedicit. Cum autem sal benedictum immittit in os baptizandi, mitram accipit, et sedet. Cum vero legit Exorcismos, et dum saliva aures et nares Catechumeni tangens, dicit: **Ephpheta,** ac dum introduceit eum in Ecclesiam, stat cum mitra. Cum autem dicit: **Credo in Deum Patrem, etc.** et **Pater noster,** super Catechumenum, stat sine mitra. Sed eum nomen querit, et interrogat: **N. abrenuntias Sathanæ, etc.** et baptizandum Oleo sacro in pectore, et inter scapulas inungit, sedet

cum mitra; quo facto accipit stolam et pluviale album. Et cum rursus interrogat de fide: **Credis in Deum Patrem, etc. Vis baptizári, etc.** et cum baptizat per infusionem, sedet eum mitra. Si vero baptizat per immersionem, mitram retinens stare debet. Cum denum Christate verticem baptizati limit, et dat ei vestem candidam, et candelam accensam, ac dicit: **Vade in pace, etc.** sedet eum mitra.

Si autem Pontifex quempiam a Presbytero jam catechizatum, tantum baptizare voluerit, sic paratus vestibus albis incipiat, postquam ad Baptisterium deventum fuerit, dicens: **Quo nómine vocáris?** R. N. Episcopus interrogat **N. Credis in Deum Patrem omnipoténtem, etc.** et prosequitur usque in finem juxta ordinem Baptismi, ut supra.



P
lin
vel
ced
Ch
ten
ord
Pe
eat
y
pro
gám
P
Sab
E
ter
qui
V
R
V.
R
V.
()
m
t

BENEDIC^TO

FONTIS BAPTISMI

EXTRA SABBATUM PASCHALE ET PENTECOSTES,
CUM AQUA CONSECRATA NON HABETUR.

Primum lavatur, et mundatur vas Baptisterii, deinde limpida aqua repletur. Tunc Sacerdos cum suis Clericis, vel etiam aliis Presbyteris, Crucis et duobus cercis praecedentibus, ac thuribulo et incenso, et cum vaseulis Chrismatis, et Olei Catechumenorum descendit ad Fontem, et ibi, vel ante Altare Baptisterii dicit Litaniam ordinariam, prout habetur infra post septem Psalmos Penitentiales. Et ante **V.** Ut nos exaudire digneris, dicit et secundo repeatat sequentem.

V. Ut Fontem istum ad regenerandam tibi novam prolem benedicere **¶**, et consecrare **¶** digneris, Te rogamus audi nos.

Potest etiam dici Litania brevior, ut in Missali in Sabbato Sancto.

Et dicto ultimo, **Kyrie eléison**, Sacerdos dicat: **Pa-**
ter noster, et **Credo in Deum**, etc. omnia clara voce:
quibus finitis dicat:

V. Apud te, Dómine, est fons vitae.

R. Et in lúmine tuo vidébimus lumen.

V. Dómine, exáudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

() mnípotens, sempítérne Deus, adésto magnæ pietatis
tuae mystériis, adésto Sacraméntis, et ad recreándos

novos populos, quos tibi fons Baptismatis párturit, spíritum adoptiónis emítte: ut quod nostrae humilitátis geréndum est ministério, virtútis tuæ impleátur efféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sœculórum. R. Amen.

Exorcismus aquæ.

Exorcízo te, creatúra aquæ, per Deum vivum, per Deum verum, per Deum sanctum, per Deum, qui te in princípio, verbo separávit ab árida, cuius super te Spíritus ferebátur, qui te de Paradíso manáre jussit.

Hic manu aquam dividat, et deinde de ea effundiad extra marginem Fontis, versus quatuor Orbis partes, prosequens:

Et in quátuor flumínibus totam terram rigáre praecepit: qui te in desérto amáram, per lignum dulcemi fecit, atque potábilem: qui te de petra prodúxit, ut pópulum, quem ex Agypto liberáverat, siti fatigátum recreáret. Exorcízo te per Jesum Christum Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum, qui te in Cana Galilææ signo admirábili sua poténtia convértit in vinum: qui super te pédibus ambulávit, et a Joámne in Jordáne in te baptizátus est: qui te una cum Sánguine de látere suo prodúxit: et discípulis suis jussit, ut credéntes baptizárent in te, dicens: Ite, docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti; ut efficiáris aqua saneta, aqua benedicta, aqua, quæ lavat sordes, et mundat peccáta. Tibi ígitur præcípio, omnisspíritus immúnde, omnephantásma, omne mendácium, eradicáre, et effugáre ab hac creatúra aquæ, ut qui in ipsa baptizándi erunt, fiat eis fons aquæ salientis in vitam aetérnam, regénerans eos Deo Patri, et Filio, et Spíritui Sancto, in nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sœculum per ignem. R. Amen.

Orémus.

Oratio.

Ómíne sancte, Pater omnípotens, iéterne Deus, aquárum spirituálium sanctificátor, tesupplíciter deprecámur, ut ad hoc ministérium humilitátis nostrae respícere dignérис, et super has aquas abluéndis et purificándis homínibus préparátas, Angelum sanctitatis emittas, quo peccátis vitae prióris ablútis, reatúque detérso, purum Sancto Spíritui habitaculum regeneráti effici mereántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit, et regnat in unitáte ejusdem Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Tunc sufflet ter in aquam versus tres partes secundum hanc figuram (**Ψ**): deinde imponit incensum in thuri bulo, et fontem incensat. Postea infundens de Oleo Catechumenorum in aquam in modum Crucis, clara voce dicit:

Sanetificétur, et focundétur Fons iste Oleo salutis renascéntibus ex eo in vitam aëternam in nómine Patris **✚**, et Fílli **✚**, et Spíritus **✚** Sancti. R. Amen.

Deinde infundit de Chrismate, modo quo supra, dicens: Infúsio Chrísmatis Dómini Jesu Christi, et Spíritus Sancti Parácliti, fiat in nómine sanctæ Trinitatis. R. Amen.

Postea accipit ambas ampullas dicti Olei sancti et Chrismatis, et de utroque simul in modum Crucis infundendo, dicit: Commíxtio Chrísmatis sanctificatiónis, et Olei unctionis, et aquæ Baptísmatis páriter fiat in nómine Patris **✚**, et Fílli **✚**, et Spíritus **✚** Sancti. R. Amen.

Tum depositis ampullis, dextera manu Oleum sanctum, et Chrisma infusum miscit cum aqua, et spargit per totum Fontem. Deinde medulla panis manum tergit: et si quis baptizandus est, eum baptizat, ut supra. Quod si neminem baptizat, statim manus abluat, et ablutió effundatur in Saerarinni.

DE SACRAMENTO

PŒNITENTIÆ



Sanctum Pœnitentiaæ Sacramentum, ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos a Christo Domino institutum, eo diligentius administrandum est, quo frequentior est ejus usus, et quo plura requiruntur ad illud recte,igneque tractandum, ac suscipiendum. Cum autem ad illud constituendum tria concurrent, materia, forma, et minister: illius quidem remota materia sunt peccata, proxima vero sunt actus pœnitentis, nempe contritio, confessio, et satisfactio. Forma autem, illa absolutionis verba: *Ego te absolvo, etc.* Minister denique est Sacerdos, habens potestatem absolvendi vel ordinariam, vel delegatam. Sed si periculum mortis immineat, approbatusque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest a quibuscumque censuris et peccatis absolvere. In ejus ministro requiritur etiam bonitas, scientia, atque prudentia, cum sigillo secreta confessionis sub exacto, perpetuoque silentio. Quibus et aliis ad id opportunis, ut optime sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.

In primis meminerit Confessarius, se judicis pariter et medici personam sustinere, ac divinae justitiae simul et misericordiae ministrum a Deo constitutum esse, ut tamquam arbiter inter Deum et homines, honori divino, et animarum saluti consulat.


Ut ergo recte indicare queat, discernens inter lepram et lepram et tamquam peritus medicus animarum morbos prudenter curare, et apta cuique remedia applicare seiat, quantam potest maximam ad id scientiam atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis Auctoribus, presertim e Catechismo Romano, et prudenti consilio peritorum studeat sibi comparare.

Seiat casus et censuras Sedi Apostolice, et Ordinario suo reservatas, et sua eujusque Ecclesie constitutiones, easque diligenter observet.

Deinde hujus Sacramenti doctrinam omnem recte nosse studebit, et alia ad ejus rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat, ut infra prescribitur.

ORDO MINISTRANDI

SACRAMENTUM PÆNITENTIÆ



Sacerdos ad audiendam Confessionem vocatus, promptum, facilemque se præbeat, ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus sappetat, ad hoc ministerium recte sancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.

In Ecclesia, non autem in privatis aedibus, Confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, que cum incidet, studeat tamen id decenti ac patenti loco præstare.

Habeat in Ecclesia sedem confessionalem, in qua sacras Confessiones excipiat, que sedes patenti, conspicuo, et apto Ecclesiae loco posita, erate perforata inter pœnitentem et Sacerdotem sit instructa.

Superpelliceo, et stola violacei coloris utatur, prout tempus, vel locorum feret consuetudo.

Pœnitens, si opus fuerit, admoneatur ut qua decet humilitate mentis et habitus accedat, et flexis genibus signo Crucis se muniat.

Mox Confessarius inquirat de illius statu, nisi aliter notus fuerit, et quampridem sit confessus, et an impositam pœnitentiam adimpleverit; num rite atque integre alias confessus fuerit; num conscientiam suam, ut debet, prius diligenter discusserit.

Quod si pœnitens aliqua censura, vel casu reservato sit ligatus, a quo ipse non possit absolvere, non absolvat, nisi prius obtenta facultate a Superiore.

Si vero Confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit pœnitentem ignorare Christianæ fidei rudimenta, si tempus suppetat, eum breviter instruat de articulis Fidei, et aliis ad salutem cognitu necessariis, et ignorantiam ejus corripiat, illumique admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.

Tum pœnitens Confessionem generalem latina, vel vulgari lingua dicat: scilicet *Confiteor*, etc. vel saltem utatur his verbis: *Confiteor Deo omnipotenti, et tibi, pater.* Peccata sua exinde confiteatur, adjuvante, quotiescumque opus fuerit. Sacerdote, qui confitentem non reprehendet, nisi finita, ut dicetur, Confessione; neque interpellabit, nisi opus fuerit aliquid melius intelligere: proinde fiduciam ei præbeat, et humaniter suggerat, ut omnia peccata sua rite et integre confiteatur, remota stulta illa quorundam verecundia, qua præpediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent.

Si penitens numerum, et species, et circumstantias peccatorum explicati necessarias non expressit, eum Sacerdos prudenter interroget.

Sed caveat, ne curiosis, aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, prasertim juniores utriusque sexus, vel alios, de eo, quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patiantur, indeque peccare dicant.

Demum, audita Confessione, perpendens peccatorum, que ille admisit, magnitudinem, ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac penitentis conditione, oportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna charitate adhibebit, et ad dolorem et contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam ac melius instituendam inducat, remediaque peccatorum tradet.

Postremo salutarem et convenientem satisfactionem, quantum spiritus et prudentia suggesserint, injungat, habita ratione statns, conditionis, sexus, et aetatis, et item dispositionis penitentis. Videatque, ne pro peccatis gravibus levissimas penitentias imponat, ne si torte peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oenlos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novae vitae remedium, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum castigationem.

Quare enret, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis penitentias injungat, veluti avaris eleemosynas, libidinosis jejunia, vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosis devotionis studia. Rarius autem vel serius confitentibus, vel in peccata facile residentibus, utilissimum fuerit consulere, ut sepe, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus, confiteantur, et si expedit, communicent.

Poenitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii non applicent, neque a poenitentibus quidquam tamquam ministerii sui praemium ministerii sui praemium petant, vel accipient.

Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam poenitentiam non imponat.

Videat autem diligenter Sacerdos, quando, et quibus conferenda, vel deneganda, vel differenda sit absolutio, ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt qui nulla dant signa doloris, qui odia et inimicitias deponere, aut aliena, si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata relinquere, et vitam in melius emendare nolunt: aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant, et scandalum tollant: neque etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata.

Si vero quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absolvens est ab omnibus peccatis et censuris quantumvis reservatis (cessat enim tunc omnis reservatio): sed prius si potest, eni debet, satisfaciat: ac si periculum evaserit, et aliqua ratione

Superiori, a quo alias esset absolvendus, se sistere teneatur; cum primum poterit, coram eo se sistat, quidquid debet praestiturus.

Quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loquela agro deficiat, nutibus et signis cometur, quoad ejus fieri poterit, peccata penitentis cognoscere: quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.

Meminerit porro Sacerdos, agris non esse injungendam gravem, aut laboriosam penitentiam; sed indicendam tantum illam, quam, si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione, aut levi satisfactione imposita, et accepta, absolvantur, prout opus fuerit.

ABSOLUTIONIS FORMA

Cum igitur penitentem absolvere viderit, injuncta ei prius, et ab eo acceptata salutari penitentia, primo dieit: Misereártur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam aetérnam. Amen.

Deinde dextera versus penitentem elevata, dieit: Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens, et misericors Dóminus. Amen.

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat; et ego aueteritáte ipsíus te absólvo ab omni vínculo excommunicaciónis, suspensiōnis, et interdīcti, in quantum possum, et tu índiges. Deinde. Ego te absólvo a peccátis tuis, in nómine Patris,  et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Si penitens sit laicus, omittitur verbum suspensiōnis.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, mérita beatæ Maríae Virginis, et ómnium Sanetórum, quidquid boni fáceris, et mali sustinueris, sint tibi in remissiónem peccatórum, augmémentum grátiae, et præmium vitæ aetérnae. Amen.

In confessionis autem frequentioribz, et brevioribus omitti potest. Misereártur, etc. Et satis erit dicere: Dóminus noster Jesus Christus, etc. ut supra usque ad illud Pássio Dómini nostri, etc.

Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit : **Ego te absolvō ab ómnibus censúris, et peccátis, in nōmine Patris , et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.**

DE ABSOLUTIONE

AB EXCOMMUNICATIONE IN FORO EXTERIORI.

Nī potestas absolvendi ab excommunicationis sententia Sacerdoti commissa fuerit a Superiore, et in mandato certa forma sit præscripta, illa omnino servanda est : si vero in mandato seu commissione dicitur : *In forma Ecclesie consueta absolvat* ; haec servanda sunt.

Primo, ut excommunicatus ei, ob ejus offensam in excommunicationem incurrit, prius, si potest, satisfaciat. Quod si tunc non possit, sufficientem cautionem præbeat, aut saltem, si eam præstare non potest, juret se, ut primum poterit, satisfacturum.

Secondo, si crimen, ob quod in excommunicationem incidit, sit grave, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Ecclesie, que illi tient pro tali causa : ac præcipue ne deinceps delinquat contra illum Canonem, vel Decretum, contra quod faciendo censuram incurrit.

Denique hinc absolvendi ritum observabit.

Penitentem coram se utroque genu flexo, in numero, si vir fuerit, usque ad canasiam exclusive denudato, virga aut finiculis sedens leviter perentit, dicendo totum Psalm. Miserére cum Glória Patri.

Deinde surgit, et aperto capite dicit : **Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster.**

V. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum (vel ancíllam tuam), Dómine.

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Nihil proficiat inimicus in eo (vel in ea).

R. Et filius iniquitatis non appénat nocére ei.

- V Esto ei, Dómine, turris fortitudinis.
 R A facie inimici.
 V Dómine, exaudi orationem meam.
 R Et clamor meus ad te veniat.
 V Dóminus vobiscum.
 R Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Iesus, cui primum est misereri semper, et parcere: suscipe deprecationem nostram, ut hunc famulum tuum, quem excommunicatio sententia constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat. Per Christum Dóminum nostrum. R Amen.

Mox sedet, et cooperio capitulo dicit Dóminus noster Jesus Christus te absolvat: et ego auctoritate ipsius, et sanctissimi Dómini nostri Papae (vel Reverendissimi Episcopi N., vel talis Superioris) mihi commissa, absolvo te a vinculo excommunicationis, in quam incurristi (vel incurrisse declaratus es), propter tale factum (vel causam, etc.) ; et restituo te communione et unitati fidelium, et sanctis Sacramentis Ecclesiæ, in nomine Patris , et Filii, et Spiritus Sancti.

Quod si Sacerdoti nulla sit a Superiori prescripta forma, nec sibi mandatum, ut in forma Ecclesiæ communione, vel consuetu absolvat; tunc nihilominus pro rei gravitate predictam ceremoniam et preces adhibeat; ut vero si res non fuerit ideo gravis, absolvere poterit, dicens:

Dóminus noster Jesus Christus te absolvat: et ego auctoritate ipsius, et sanctissimi Dómini nostri Papae (vel Papa fuerit delegatus), (vel Reverendissimi Episcopi N., vel talis Superioris) mihi concessa, absolvo te, etc.

In foro autem interiori, Confessarius habens fientatem absolvendi excommunicatum absolvat juxta formum communionis supra prescriptam in solutione Sacramentuli

RITUS ABSOLVENDI

EXCOMMUNICATUM JAM MORTUUM.

Si quis excommunicatus ex vita decedens dederit signum contritionis, Ecclesiastici ut caruat sepulturam, sed Ecclesie suffragii, quatenus fieri potest, adiuvetur, absolvitur potest hoc modo.

Si corpus nondum sepultum fuerit, verberetur, et absolutatur, ac iuncte delide absolute, in loco sacro sepeliatur.

Si vero mortuus sepultus in loco profano, si commode fieri poterit, exhumabitur, et eodem modo verberabitur, et post absolutionem in loco sacro sepelietur; sed si commode exhumari non potest, locus sepulturae verberetur, postea absolvatur.

Quod si in loco sacro sit sepultus, non exhumabitur, sed verberabitur sepulchrum. Dum autem corpus, sive sepultura verberatur, Sacerdos dicit Antiphonam: **Exultabunt Dómino ossa humiliata.** Psalmus. **Miserére, etc.** Quo facta, absolutatur, dicendo: **Auctorité mihi concéssa,** ego te absólvo a vínculo excommunicatiónis, quam incurristi (vel incurrisse declarátus es) propter tale factum, et restítuo te communióni Fidélium, in nómine Patris,  et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Deinde dicatur Psalmus. **De profundis, etc.** et in fine

V. Réquiem aeternam dona ei, Dómine.

R. Et lux perpetua lúceat ei.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta íferi.

R. Erue, Dómine, ániam ejus.

V. Requiescat in pace.

R. Amen.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Ita, quæsumus Domine, animæ famuli tui, quem ex-communicatiōnis sententia constrinxerat, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et superni lumenis claritatem. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

DE MODO ABSOLVENDI

A SUSPENSIONE VEL AB INTERDICTO EXTRA VEL INTRA SACRAMENTALEM CONFESSIONEM.

Si Sacerdoti sit commissa facultas absolvendi aliquem a suspensione, vel interdicto, quamvis nulla verba sint præcipue determinata, mihi poterit haec formula:

Penitens dicit: Confiteor Deo omnipotenti, etc.

Sacerdos: Misereatur tui, etc. Indulgéntiam, etc.

Auctoritate mihi ab N. trádita, ego absolvó te a vinculo suspensiōnis (vel interdicti), quam (vel quod) propter tale factum (vel cāusam) incurristi (sou incurrisse declaratus es). In nomine Patris, **†** et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Si vero Confessio, sive in foro conscientiae, sive extra, data est potestas dispensandi super irregularitate, tunc postquam absolverit a peccatis, addat consequenter: Et eadē auctoritate dispenso tecum super irregularitatē (vel irregularitatibus, si sint plures), in quam (vel in quas) ob tales cāusas (vel tales cāusas, eas expri-

mendo) ineurrísti : et hábilem reddo, et restítuo te exē-
cutiōni Ordinum, et officiōrum tuōrum. In nōmine Pa-
tris, ✕ et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Sí nullum habet Ordinem, dicatnr : Hábilem reddo
te ad omnes Ordines suscipiéndos, vel etiam ad alia,
juxta tenorem mandati.

Quod si necesse sit titulum beneficii restituere, et
fructus m̄ le perecotos condonare, subjungat : Et restí-
tuo tibi titulum (seu títulos) Beneficii (seu Benefició-
rum), et condóno tibi fructus male percéptos. In nōmine
Patris, ✕ et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Advertat autem Sacerdos, ne illo modo in iis facul-
tatis sue terminos exceedat.



DE SANCTISSIMO
EUCHARISTIÆ SACRAMENTO

(O)mnibus quidem Ecclesiae Catholicae Sacramentis religiose, sancteque tractundis, magna, ac diligens cura adhibenda est; sed præcipue in administrando, ac suscipiendo sanctissimo Eucharistie Sacramento, quo nihil dignius, nihil sanctius et admirabilis habet Ecclesia Dei; cum in eo contineatur præcipuum et maximum Dei donum, et ipsem omnisi gratia et sanctitatis fons, anctorque Christus Dominus.

Parochus igitur sumnum studium in eo ponat, ut cum ipse venerabile hoc Sacrementum, qua decet reverentia, debitoque cultu tractet, custodiat, et administret; tum etiam populus sibi commisus religiose colat, sancte, frequenterque suscipiat, præsertim in majoribus anni solemnitatibus.

Ideo populum sepius admonebit, qua præparatione, et quanta nimis religione ac pietate, et humili etiam corporis habitu ad tam divinum Sacrementum debeat accedere, ut premissa Sacramentali Confessione, omnes saltem a media nocte jejuni, et utroque genu flexo Sacrementum humiliter adorent, ac reverenter suscipiant: viris quantum fieri potest a mulieribus separatis.

Moneantur præterea communicantes, ut sumpto Sacramento non statim ab Ecclesia discedant, aut colloquuntur, ne statim vagis oculis circumspiciant, aut expuant, neque de libro statim orationes recitent, ne Sacramenti species de ore decident, sed, qua pars est devotione, aliquantis per in oratione permaneant, gratias agentes Deo de tam singulari beneficio, atque etiam de sanctissima Passione Dominicâ, in enjus memoriam hoc mysterium celebratur et sumitur.

Curare porro debet, ut perpetuo aliquot Particulae consereratae eo numero, qui usui infirmorum et aliorum fidelium communioni satis esse possit, conserventur in pyxide ex solida, decentique materia, eaque munda, et suo operculo bene clausa, albo velo cooperata, et quantum res feret, ornato in tabernaculo clave obserato.

Hoc autem tabernaculum conopeo decenter opertum, atque ab omni alia re vacuum, in Altari majori vel in alio, quod veneratio et cultui tanti Sacraumenti commodius ac decentius videatur, sit collocatum; ita ut nullum aliis saeris functionibus, aut Ecclesiasticis officiis impedimentum afferatur. Lampades coram eo plures, vel saltem una, die, noctuque perpetuo collueat; curabitque Parochus, ut omnia ad ipsius Sacramenti cultum ordinata, integra, mundaque sint, et conserventur.

Sanctissime Eucharisticie particulas frequenter renovabit. Hostie vero, seu particulae consecrande sint recentes; et ubi eas consecraverit, veteres primo distribuat, vel sumat.

Fideles omnes ad sacram Communionem admittendi sunt, exceptis iis, qui justa ratione prohibentur. Arcendi autem sunt publice indigni; quales sunt excommunicati, interdicti, manifestique infames, ut meretrices, concubinarii, feneratores, magi, sortilegi, blasphemii, et alii ejus generis publici peccatores, nisi de eorum pœnitentia et emendatione constet, et publico scandalo prius satisfecerint.

Ocultius vero peccatores, si occulte petant, et non eos emendatos agnoscit, repellat, non autem si publice petant, et sine scandalo ipsis preterire nequeat.

Amentibus preterea, seu phreneticis communicare non licet: licebit tamen, si quando habeant lucida intervalla, et devotionem ostendant, dum in eo statu manent, si nullum indignitatis periculum adsit.

Ita etiam iis, qui propter ætatis imbecillitatem nondum hujus Sacramenti cognitionem et gustum habent, administrari non debet.

ORDO ADMINISTRANDI

SACRAM COMMUNIONEM.

Sacerdos igitur sanctissimam Eucharistiam ministrans, Hostiis, seu Particulis pro populi multitudine consecrat, vaseculoque uno vel pluribus, decenti, et commodo loco expositis, cum vino et aqua ad purificationem eorum, qui communionem sumpserunt, et ante eos finito mundo extenso, lotis prius manibus, et superpelliceo indatus, ac desuper stola coloris Officio illius diei convenientis præcedente Clerico, seu alio ministro, procedit ad Altare munibus junctis, et accensis cereis, facta prius et postea genuflexione extralit pyxidem, et illam super corporale depositam, discooperit.

Ministeribus flexis nomine populi ad cornu Epistola facit Confessionem generalem, dicens: **Confiteor Deo, etc.**

Tum Sacerdos iterum genuflectit, et manibus junctis ante pectus vertit se ad populum, advertebat, ne terga verrat Sacramento, et in cornu Evangelii dicit:

Misereáur vestri, omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris, perdítcat vos ad vitam aetérnam. R. Amen.
Et addit: Indulgéntiam, absolutióinem , et remisíónem peccatórum vestrórum tríbuat vobis omnípotens, et misericors Dóminus. R. Amen. Dicens Indulgéntiam, etc. in fine dicitur: in fórum Cruci signat confratellatos.

Deinde ad Altare se convertit, genuflexit, neam sini-
ma pyxidem prehendit: e duobus digiti, pollice et in-
dice. Sacramentum recipit, et elevat: conversusque ad
populum in medi Altaris dicitur vox: Ecce Agnus
Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Mox subdit: Dómine,
non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tan-
tum die verbo, et sanábitur ánima mea; quod iterum,
ac tertio repetit: quia formula erat attendum est, cum
feminae Communio administratur.

Postea ad communieandum accedit, incipiens ab iis
qui sunt ad partem Epistole: sed primo, si Sacerdoti-
bus, vel aliis ex Clero danda sit Communio, iis ad gra-
dus Altaris genuflexis præbeatur, vel si commode fieri
potest, intra sepiuentum Altaris sint a laicis distineti.
Sacerdotes vero cum stola communient.

Sacerdos unicuique porrigeus Sacramentum, et faciens
eum eo signum Crucis super pyxidem, simul dicit:

**Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ániam
tuam in vitam aetérnam. Amen.**

Ubí vero omnes communicaverint, Sacerdos reversus
ad Altare, dicere pôterit: O sacrum convivium, in quo
Christus súmitur, recólitur memória passiónis ejus, mens
implétur grátia, et futuræ gloriæ nobis pignus datur.

V. Panem de cœlo præstítisti eis.

Minister R. Omne delectaméntum in se habéntem,
tempore Paschali additum. Allelúia.










IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



Photographic
Sciences
Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

EE
2.8
3.2
2.6
2.2
2.0
1.8

-1
oi

Mox Sacerdos dicit :

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Ieus qui nobis sub Sacraménto mirábili, passiónis tuæ memóriam reliquísti : tríbue, quæsumus, ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiōnis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Tempore Paschali dicitur Oraþio.

Spíritum nobis, Dómine, tuæ charitatis infunde : ut quos Sacraméntis Paschálibus satiásti, tua fáciás pie-tate concórdes. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut si aliquod fragmentum digitis adhæserit, illud in pyxidem deponat, et eosdem digitos, quibus tetigit Sacra-mentum, abluat, et abstergat purificatorio : ablutionem vero sumat, si celebraverit, aut iis, qui tunc communi-carunt, sumendam tradat, aut saltem in saerarium injiciat. Postea genuflectens reponit Sacramentum in ta-bernaculo, et clave obserat.

Deinde extenta manu dextera, benedicit iis qui com-municarunt, dicens : **Benedictio Dei omnipoténtis, Pa-tris,  et Fílii, et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper.** R. Amen.

Communio autem populi intra Missam statim post communionem Sacerdotis celebrantis fieri debet (nisi quandoque ex rationabili causa post Missam sit facienda).

eam Orationes, quae in Missa post Communione dicuntur, non solum ad Sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent.

Itaque Sacerdos, sumpto sacratissimo Sanguine, antequam se purificet, ponat Particulas consecratas in pyxide: vel si pauci sint communicandi, super patenam, nisi in principio positae fuerint in pixide, et genuflectit, ministro interim faciente confessionem, ut supra. Postea vertens se ad populum, in cornu Evangelii dicit: **Misereatur vestri, etc.** et eo, quo supra dictum est, modo, porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens a ministris Altaris, si velint communicare. Finita Communione, revertitur ad Altare, nihil dicens: non dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Missæ. Deinde dicit secreto: **Quod ore sumpsimus, etc.** ut in Missali, se purificat, et Missam absolvit. Quod si contingat, absoluta Missa, statim aliquos interdum communicare, tunc Sacerdos adhuc Planeta indutus, Sacram Communionem eo modo, quo supra dictum est, ministrabit.

DE COMMUNIONE PASCHALI.

Curet autem Parochus, ut in Quadragesima per se, vel per alios concionatores populo opportune denuntietur Constitutio Concilii Lateranensis sub Innocentio III. que sic habet.

Omnis utriusque sexus Fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio Sacerdoti, et injunctam sibi paenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter, ad minus in Pascha, Eucharistie Sacramentum, nisi forte de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum, alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, et moriens Christiana careat sepultura.

Ut igitur hoc salutare Concilii decretum inviolabiliter servetur, descripta Parochus habeat nomina suorum Parochianorum; et qui dicto tempore non communicaverint, et post Octavam Paschæ eos, qui propriæ salutis immemores sœpius admoniti non obtemperaverint, Ordinario suo denuntiet.

Dabit quoque operam Parochus, quoad fieri potest, ut in ipso die sanctissimo Paschæ communicent; quo die ipse per se, nisi legitime impediatur, parochiæ sue Fidelibus hoc Sacramentum ministrabit.

Alienæ vero parochiæ Fideles ad proprium Parochum remittet, præter peregrinos et advenas, et qui certum domicilium non habent, quibus ipse sacra præbebit Communionem, si accesserint rite parati; vel ubi est ea consuetudo, eos ad Cathedralis Ecclesiæ Parochos remittet. In ceteris vero servabit ea, quæ in libro de statu animarum, ut infra, præscribuntur.

Ægrotis quoque parochialibus, etiamsi Communionem extra præscriptos Paschales dios sumpserint, in Paschalibus diebus illam deferet, ac ministrabit.

DE COMMUNIONE INFIRMORUM.

Viaticum sacratissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi summo studio ac diligentia ægrotantibus, opportuno tempore, procurandum est, ne forte contingat illos tanto bono, Parochi incuria, privatos decedere.

Cavendum autem in primis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur, quales sunt publici usurarii, concubinarii, notorie criminosi, nominatum excommunicati, aut denuntiati, nisi sese prius sacra Confessione purgaverint, et publicæ offensioni, prout de jure satisfecerint.

Hortetur Parochus infirmum, ut sacra Communionem sumat, etiam si graviter non ægrotet, aut mortis periculum non immineat, maxime si Festi alicujus celebritas id suadeat, neque ipse illam ministrare recusabit.

Pro Viatico autem ministrabit, cum probabile est, quod eam amplius sumere non poterit. Quod si æger, sumpto Viatico, dies aliquot vixerit, vel periculum mortis evaserit, et communicare voluerit, ejus pio desiderio Parochus non deerit.

Potest quidem Viaticum brevi morituris dari non jejunis; id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, a quibus ob phrenesim, sive ob assiduam tussim, aliumve similem morbum, aliqua indecentia cum injurya tanti Sacramenti timeri potest. Ceteris autem infirmis, qui ob devotionem in ægritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnes cibum et potum, non aliter ac ceteris Fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinae ante aliquid sumere licet.

Sed alicui ad adorandum solum, seu devotionis, seu cuiusvis rei prætextu ad ostendendum non deferatur.

Doferri autem debet hoc sanctum Sacramentum ab Ecclesia ad privatas ægrotantium domos deconti habitu, superposito mundo velamine, manifeste atque honorifice, ante pectus cum omni reverentia et timore, semper lumine præcedente.

Parochus igitur processurus ad communicandum infirmum, aliquot campanae ictibus jubeat convocari Parochianos, seu Confraternitatem Ss. Sacramenti, ubi fuerit instituta, seu alias p. os Christifideles, qui sacram Eucharistiam cum cereis, seu intortieii comitentur, et umbellam, seu baldachinum, ubi haberri potest, deferant.

Præmoneat, ut ægri cubiculum mundetur, et in eo paretur mensa linteo mundo cooperta, in quo Ss. Sacramentum decenter deponatur. Parentur luminaria, ac duo vascula, alterum cum vino, alterum cum aqua. Præterea linteum mundum ante pectus communicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci, pro cujusque facultate.

Ubi vero convenerint, qui Eucharistium comitaturi sunt, Sacerdos indutus superpelliceo et stola, et, si haberri potest, pluviali albi coloris, Acoythis, seu Clericis, aut etiam Presbyteris, si locus feret, superpelliceo pariter indutis comitatus, decenter, et de more acceptas aliquot Particulas consecratas, vel unam tantum, si longius, aut difficilius iter sit faciendum, ponet in pyxide, seu parva custodia, quam proprio suo operculo cooperit; et velum sericum superimponit: ipse vero Sacerdos, imposito sibi prius ab utroque humero oblongo velo decenti, utraque manu accipiat vas cum Sacramento, et deinde umbellam, seu baldachinum subeat, nudo capite processurus.

Præcedat semper Acolythus, vel aliis minister deferens laternam (noctu autem hoc Sacramentum deferri non debet, nisi necessitas urgeat); sequantur duo Clerici, vel qui illorum vices suppleant, quorum alter aquam benedictam cum aspersorio, et bursam cum corporali, quod supponendum erit vasculo Ss. Sacramenti super mensa in cubiculo infirmi, et cum linteo o purificatorio ad digitos Sacerdotis abstergendos; alter hunc librum Ritualem deferat, et campanulam jugiter pulset. Succedant deinde deferentes intorticia. Postremo Sacerdos Sacramentum gestans elevatum ante pectus sub umbella, dicens Psalmum *Miserere*, et alias Psalmos, et Cantica.

Quod si longius, aut difficilius iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum, necesse erit vas, in quo Sacramentum deferatur, bursa decenter ornata, et ad collum appensa, apte includere, ita ad pectus alligare, atque adstringere, ut neque decidere, neque pyxide executi Sacramentum queat.

Ingrediens vero locum, ubi jacet infirmus dicat :

V. Pax huic domui.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua pro-

cumbentibus : et mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum, et cubiculum, dicens :

Antiphonam : Aspérge me, Dómine, hyssópo, et mundábor : lavábis me, et super nivem dealbábor : et primum versum Psalmi, Miserére, cum Glória Patri, etc. Sicut erat, etc.

Deinde repetitur Antiphona : Aspérge me, etc.

Postea *X^r*. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

X^r. Dómine, exáudi oratióнем meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

X^r. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætére
n Deus : et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de
cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque
deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Chri-
stum Dóminum nostrum.

R. Amen.

His dictis, accedat ad infirmum, ut cognoseat, num
sit bene dispositus ad accipiendum sacrum Viaticum, et
utrum velit aliqua peccata confiteri ; et illum audiat,
atque absolvat : quamvis prius deberet esse rite confes-
sus, nisi necessitas aliter urgeat.

Postea facta de more Confessione generali, sive ab
infirmo, sive ejus nomine ab alio, Sacerdos dicit : Mi-
seréatur, etc. Indulgéntiam, etc.

Deinde facta genuflexione, accipit Sacramentum de va-
sculo, atque illud elevans ostendit infirmo dicens : Ecce
Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, et more solito
ter dicat : Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum
meum ; sed tantum dic verbo, et sanábitur anima mea.

Et infirmus simul cum Sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissa voce. Tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat : **Accipe, frater (vel soror) Viaticum Corporis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custódiat ab hoste maligno, et perdúcat in vitam ætérnam. Amen.**

Si vero Communio non datur per modum Viatici, dicat more ordinario : **Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam ætérnam. Amen.**

Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto **Misereáatur, etc.**, praedictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim Viaticum præbeatur.

Postea Sacerdos abluit digitos, nihil dicens : et infirmo detur ablutio. Deinde dicat :

X. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, te fidéliter deprecámur, ut accipiénti fratri nostro (vel soróri nostræ) sacrosánctum Corpus Dómini nostri Jesu Christi Filii tui, tam cónpori, quam ánimæ prosit ad remédium sempítérnum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

His expletis, si altera particula Sacramenti superfluerit (superesse autem semper debet, præterquam in easu jam dicto), genuflectit, surgit, et accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum Crucis super infirmam, nihil dicens, et reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad Ecclesiam diendo Psalm. **Laudáte Dóminum de cœlis, etc.** et alios Psalmos, et Hymnos, prout tempus feret.

Cum pervenerit ad Ecclesiam, ponit Sacramentum super Altare, adorat, deinde dicit :

V. Panem de cœlo prästitisti ei.

R. Omne delectaméntum in se habéntem.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

D^eus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquísti ; tríbue quæsumus, ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiōnis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus : Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula, etc.

Deinde annuntiat Indulgencias a Summis Pontificibus concessas Sanctissimum Sacramentum comitantibus.

Postea cum Sacramento in pyxide velo cooperata faciat signum Crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponat.

Quod si ob difficultatem, aut longitudinem itineris, vel quia ea qua decet veneratiōne, Sacramentum ad Ecclesiam commode reportari non potest, sumpta fuerit una tantum Particula consecrata, ut dictum est, tunc ea infirmo administrata, Sacerdos, prädictis precibus recitatis, cum manu benedicit, et una cum aliis privato habitu, extinctis luminib^s, umbella demissa, latente pyxide, ad Ecclesiam, vel domum quisque suam revertatur.

DE SACRAMENTO

EXTREMÆ UNCTIONIS



Extrême Unctionis Sacramentum a Christo Domino institutum, tamquam cœlestis medicina, non animæ solum, sed etiam corpori salutaris, omni studio ac diligentia, periculose ægrotantibus adhibendum est, et eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens et ratio vigeat, ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro linuntur Oleo.

In quo illud in primis ex generali Ecclesiæ consuetudine observandum est, ut si tempus, et infirmi conditio permittat, ante Extremam Unctionem, Pœnitentiae, et Eucharistie Sacraenta infirmis præbeantur.

Habeat igitur Parochus loco nitido et decenter ornato, in vase argenteo, seu stanneo diligenter custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod in singulis annis Feria V. in Cena Domini ab Episcopo benedictum, veteri combusto, renovandum est. Id tamen, si forte infra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicto in minori quantitate superinfuso, reparari potest.

Oleum porro ipsum vel per se solum, vel in bombacio seu resimili servari potest; sed ad evitandum effusionis periculum multo commodius ad infirmos defertur in bombacio.

Debet autem hoc Sacramentum infirmis præberi, qui cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur; et iis, qui præ senio deficiunt, in diem videntur morituri etiam sine alia infirmitate.

Infirmis autem, qui, dum sana mente, et integris sensibus essent, illud petierint, seu verisimiliter petiissent, seu dederint signa contritionis, etiamsi deinde loquela amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, nihilominus præbeatur.

Sed si infirmus, dum phrenesi, aut amentia laborat, verisimiliter posset quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omnino.

Impenitentibus vero, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, et excommunicatis, et nondum baptizatis, penitus denegetur.

Non ministretur etiam prælium inituris, aut navigationem, aut peregrinationem, aut alia pericula subituris, aut reis ultimo suppicio mox afficiendis, aut pueris rationis usum non habentibus.

Si quis autem laborat in extremis, et periculum imminentia necedat antequam finiantur Unctiones, cito ungatur, incipiendo ab eo loco: *Per istam sanctam Unctionem, etc.* ut infra: deinde, si adhuc supervivit, dicantur Orationes praetermissae suo loco positiæ.

Si vero dum inungitur, infirmus decedat, Presbyter ultra non procedat, et predictas orationes omittat.

Quod dubitet an vivat adhuc, Unctionem prosequatur, sub conditione pronunciando formam, dicens: *Si civis, per istam sanctam Unctionem, etc.* ut infra.

Si autem acciderit, infirmum post peccatorum suorum confessionem ad exitum vitae properare, tunc cum sacro Viatico poterit et Oleum infirmorum ad eum deferri per ipsum Sacerdotem, qui defert sacram Eucharistiam. Si tamen alius Presbyter, vel Diaconus, qui Oleum sanctum deferat, haberi possit, per ipsum deferratur, qui superpelliceo indutus, cum Oleo sacro occulte delato sequatur Sacerdotem Viaticum portantem; et postquam infirmus Viaticum sumpserit, inungatur a Sacerdote.

In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit, ut si cum infirmus convaluerit, iterum in periculum mortis inciderit.

Quinque vero corporis partes præcipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit, nempe oculi, aures, nares, os, et manus: attamen pedes etiam et renes ungendi sunt; sed renum unctio in mulieribus, honestatis gratia, semper omititur; atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non potest. Sed sive in mulieribus, sive in viris, alia corporis pars pro renibus ungi non debet.

Manus vero, que reliquis infirmis interius ungi debent, Presbyter exterius ungantur.

Dum oculos, aures, et alia corporis membra, que paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunixerit.

Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, endem verborum forma.

Hujus autem Sacramenti forma, quæ Sancta Romana Ecclesia utitur, solemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum ait:

Per istam sanctam Unctionem, et suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid, per visum, sive per auditum, etc. deliquisti.



ORDO MINISTRANDI

SACRAMENTUM

EXTREMÆ UNCTIONIS



Sacerdos igitur Saeramentum ministraturus, quatenus fieri poterit, parari enet apud infirmum mensam mappam candidam coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in septem globulos distinctum, ad absterendas partes inunctas; medullam panis ad detergundos digitos; et aquam ad ablwendas Sacerdotis manus; eaream item candelam, que deinde accensa ipsi ungenti lumen praebeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia aet nitore hoc Saeramentum ministretur.

Deinde convocatis Clericis seu ministris, vel saltem uno Clerico, qui Crucem sine hasta, Aquam benedictam eum aspersorio, et librum Ritualem deferat, ipse Parochus decenter accipit vas sacri Olei infirmorum saeculo serico violacei coloris inclusum, illudque cante deferat, ne effundi possit. Quod si longius iter peragendum, aut etiam equitandum sit, vel alias adsit periculum effusionis, vas Olei sacculo, aut bursa inclusum, ut dictum est, od collum appendat, ut commodius et securius perferat. Procedat autem sine sonitu campanula.

Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, Sacerdos intrans cubiculum, dicit: **Pax huic domui.**

R. **Et omnibus habitantibus in ea.**

Deinde deposito Oleo super mensam, superpelliceo, stolaque violacea induitus, aegroto Crucem pie deosculandam porrigit; mox in modum crucis eum aqua bene-

dicta, et cubiculum, et circumstantes aspergit, dicens
Aspérge me, Dómine, etc. Quod si agro-
 deo vobis concesso, audiatur istum, et absolvat. Deinde
 sicut vocem fiducie componit, et de Iustis Sacramenti vi,
 atque efficacia, si tempus forat, breviter admonet: et
 quantum opus sit, ejus animam confirmet, et in spem
 erigat vitae aeternae.

Postea dicat *V.* **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**

R. **Qui fecit cælum et terram.**

V. **Dóminus vobiscum.**

R. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus.

Intrœat, Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostra humilitatis ingrèssu, aeterna felicitas, divina prosperitas, serena laetitia, charitas fructuosa, sanitas semipiterna: effugiat ex hoc loco accessus daemonum: adsint Angeli pacis, domumque hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum; et benedic  nostræ conversatiōni: sanctifica nostræ humilitatis ingrèssum, qui sanctus et qui pius es, et permanes cum Patre et Spíritu Sancto in sæculorum. Amen.

Orémus, et deprecemur Dóminum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo benedicat  hoc tabernaculum, et omnes habitantes in eo, et det eis Angelum bonum custodem, et faciat eos sibi servire ad considerandum mirabilia de lege sua: avertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, et ab omni perturbatiōne, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Que Orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tunc de more facta Confessione generali, latino, vel vulgari sermone, Sacerdos dicat: **Misereáatur, etc. Indulgéntiam, etc.**

Antequam Parochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, et ubi commodius merit, pro loco et tempore, et adstantium numero, vel qualitate, recitent Septem Psalmos Penitentiales cum Litaniis, vel alias Preces, dum ipse Unctionis Sacramentum administrat. Mox dicat:

In nōmine Patris ☧, et Fílii ☧, et Spíritus ☧ Sancti, extinguátur in te omnis virtus diáboli per impositionem mánuum nostrárum, et per invocatiómem ómnium Sanctórum Angelórum, Archangelórum, Patriarchárum, Prophetárum, Apostolórum, Mártirum, Confessórum, Vírginum, atque ómnium simul Sanctórum. Amen.

Deinde intineto pollicे in Óleo sancto, in modum Crucis ungit infirmum in partibus hic subscripsiis, aptando proprio loco verba tórmæ in hunc modum:

AD OCULOS.

Per istam sanctam Unctiónem ☧, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per visum deliquísti. Amen.

Minister vero, si est in Saeris, vel ipsemet Sacerdos, post quamlibet Unctionem, tergit loca immeta novo glo-

bulo bombacij, vel rei similis, cumque in vase mundo reponat, et ad Ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in Sacrarium.

AD AURES.

Per istam sanctam Unctionem **¶**, et suam piissimam misericordiam, indulget tibi Dominus quidquid per auditum deliquisti. Amen.

AD NARES.

Per istam sanctam Unctionem **¶**, et suam piissimam misericordiam, indulget tibi Dominus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

AD OS, COMPRESSIS LABIIS.

Per istam sanctam Unctionem **¶**, et suam piissimam misericordiam, indulget tibi Dominus quidquid per gustum et locutionem deliquisti. Amen.

AD MANUS.

Per istam sanctam Unctionem **¶**, et suam piissimam misericordiam, indulget tibi Dominus quidquid per tactum deliquisti. Amen.

Et adverte, quod Sacerdotibus, ut dictum est, manus non imunguntur interius, sed exterius.

AD PEDES.

Per istam sanctam Unctionem **¶**, et suam piissimam misericordiam, indulget tibi Dominus quidquid per gressum deliquisti. Amen.

AD LUMBOS, SIVE RENES.

Per istam sanctam Unctionem **¶**, et suam piissimam

misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per lumborum delectatióinem deliquísti. Amen.

Haec autem unctio ad lumbos, ut dictum est, omittitur semper in fóminis, et etiam in viris, qui ob infirmitatem vix, aut sine periculo moveri non possunt.

Quibus omnibus peractis, Sacerdos dicit :

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatióinem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

V. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimícus in eo.

R. Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.

V. Dómine, exáudi oratióнем meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

(rémus.

Dómine Deus, qui per Apóstolum tuum Jacóbum locútus es : Infirmátur quis in vobis ? Iudúcat Presbyteros Ecclésiæ, et orent super eum, ungéntes eum Oleo in nōmine Dómini : et orátio fidei salvábit infirmum, et alleviábit eum Dóminus : et si in peccátis sit, remitténtur ei : cura, quæsumus, Redémptor noster, grátia Sancti Spíritus languóres istíus infirmi, ejúsque sana vúlnera, et dimítte peccáta, atque dolóres cunctos mentis et córporis ab eo expélle, plenámque intérius et extérius sanitátem misericórditer redde, ut ope misericórdiae tuæ restitútus,

ad pristina reparetur officia. Qui cum Patre et Spíitu Sancto vivis, et regnas Deus in sæculorum.

Orémus.

Réspice, quæsumus, Dómine, fámulum tuum N. in infirmitate sui corporis fatiscéntem, et animam réfove, quam creásti : ut castigationibus emendátus, se tua sentiat medicína salvátum. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, qui benedictiōnis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, factúram tuam multíplici pietáte custódis : ad invocatiōnem tui Nóminis benígnus assíste, ut fámulum tuum ab ægritúdine liberátum, et sanitáte donátum, déxtera tua érigas, virtúte confirmes, potestáte tueáris, atque Ecclésiæ tuæ sanctæ, cum omni desideráta prosperitaté, restítuas. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Ad extrellum, pro personæ qualitate, salutaria monita breviter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confírmetur, et ad fugandas daemonum tentationes roboretur.

Denique Aquam benedictam, et Crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquit, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.

Admoneat etiam domesticos, et ministros infirmi, ut si morbus ingrayescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum Parochum accersant, ut morientem adjuvet, ejusque animam Deo commendet: sed si mors immineat, priusquam discedat. Sacerdos animam Deo rite commenda sit.

Quæ autem pertinent ad visitationem, curamque infirmorum, et ad juvandos morientes, ad Commendationem Animæ, et ad Exequias, infra suis locis præscribuntur.

SEPTEM PSALMI

PENITENTIALES

CUM LITANIIS

PRO INFIRMIS, DUM SACRO LINIUNTUR OLEO, SEU PRO
ALIA NECESSITATE, DICUNTUR FLEXIS GENIBUS.

Antiphona. Ne reminiscaris.

Psalmus 6.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira
tua corrípias me,

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum : * sana
me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde : * sed tu, Dómine,
úsquequo ?

Convrétere, Dómine, et éripe ániam meam : * sal-
vum me fac propter misericórdiam tuam,

Quóniam non est in morte qui memor sit tui : * in
inférno autem quis confitébitur tibi ?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per síngulas noctes
lectum meum : * lácrys meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus : * inveterávi inter
omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui operámini iniquitátem : *
quóniam exaudívít Dóminus vocem fletus mei.

Exaudívít Dóminus deprecatiómem meam, * Dóminus
oratiómem meam suscépit.

Erubéscant, et conturbéntur vehémenter omnes in-
imíci mei : * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Glória Patri, etc.

Psalmus 31.

Béati quorum remíssæ sunt iniquitátes : * et quorum
tecta sunt peccáta.

Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, *
nec est in spirito ejus dolus.

Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, * dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte gravata est super me manus tua: * conversus sum in aerumna mea, dum configitur spina.

Delictum meum cognitum tibi feci: * et injustitiam meam non abscondi.

Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: * et tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus, * in tempore opportuno.

Verumtamen in diluvio aquarum multarum, * ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulacione, quae circumdedit me: * exultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intellecum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris: * firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus, * quibus non est intellactus.

In camo et freno maxillas eorum constringe, * qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris, * sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Letamini in Domino et exultate justi, * et gloriamenti omnes recti corde.

Gloria Patri, etc.

Psalmus 37.

Domine ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi: * et confirmasti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea a fácie irae tuæ : * nou
est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ supergréssie sunt caput
meum : * et sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt et corrúptæ sunt cicatríces meæ, * a
fácie insipiéntiae meæ.

Miser factus sum, et curvátus sum usque in finem : *
tota die contristátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus : * et non
est sánitas in carne mea.

Afflictus sum, et humiliátus sum nimis : * rugiébam
a gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum : * et gé-
mitus meus a te non est abscónditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea : *
et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

Amíci mei, et próximi mei * advérsum me appro-
pinquavérunt, et stetérunt.

Et qui juxta me erant, de longe stetérunt : * et vim
faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes : *
et dolos tota die meditabántur.

Ego autem tamquam surdus non audiébam : * et sicut
mutus non apériens os suum.

Et factus sum sicut homo non áudiens : * et non ha-
bens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, sperávi : * tu exáudies me,
Dómine Deus meus.

Quia dixi : Nequándo supergáudeant mihi inimíci
mei : * et dum commovéntur pedes mei, super me ma-
gna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum : * et dolor meus
in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo: * et cogi-
tábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super
me: * et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: *
quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me, Dómine Deus meus: * ne discés-
seris a me.

Inténde in adjutórium meum, * Dómine Deus sa-
lútis meæ.

Glória Patri, etc.

Psalmus 50.

Miserére mei, Deus, * secúndum magnam misericór-
diam tuam.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, *
dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto
meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et pec-
cátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut ju-
stificérис in sermóníbus tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitatibus concéptus sum: * et in
peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta, et occulta
sapiéntiae tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me,
et super nivem dealbábor.

Auditui meo dabis gáudium et lætitiam: * et exul-
tábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis meis: * et omnes
iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus : * et spíritum rectum
ínnova in viscéribus meis.

Ne projíecias me a fácie tua : * et spíritum sanctum
tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætitiam salutáris tui : * et spíritu prin-
cipáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas : * et ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis meæ : *
et exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries : * et os meum annun-
tiábit láudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrificium, dedísssem útique : *
holocáustis non delectáberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus : * cor contrí-
tum et humiliátum, Deus, non despíces.

Benígne fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion : *
ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justitiæ, oblatiōnes, et
holocáusta : * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

Glória Patri, etc.

Psalmus 101.

Dómine, exáudi oratiōnem meam : * et clamor meus
ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam a me : * in quacúmque die
tríbolor, inclína ad me áurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, * velóciter exáudi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei : * et ossa mea
sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut fœnum, et áruit cor meum : * quia
oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitus mei * adhæsit os meum carni meæ.

Símili factus sum pellicáno solitúdinis : * factus sum
sicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * et factus sum sicut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrábant mihi inimici mei : * et qui laudábant me, advérsus me jurábant.

Quia cíuerem tamquam panem manducábam, * et potum meum eum fletu miscébam.

A fácie iræ et indignationis tuæ : * quia elevans al-lisisti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt : * et ego sicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in aeternum pémanes : * et memoriále tuum in generatióne et generatióne.

Tu exúrgens miseréberis Sion : * quia tempus misé-rendi ejus, quia venit tempus.

Quóniam placuérunt servis tuis lápides ejus : * et terræ ejus miserebúntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * et omnes reges terræ glóriam tuam.

Quia ædificávit Dóminus Sion : * et vidébitur in gló-ria sua.

Respéxit in oratióne humílium : * et non sprévit precem eórum.

Scribántur hæc in generatióne áltera : * et pópulus, qui creábitur, laudábit Dóminum :

Quia prospéxit de excélsu sancto suo : * Dóminus de cælo in terram aspéxit :

Ut audíret gémitus compeditórum : * ut sólveret filios interemptórum :

Ut annúntient in Sion nomen Dómini : * et láudem ejus in Jerúsalem.

In conveniéndo pópulos in unum, * et reges ut sér-viant Dómino.

Respóndit ei in via virtútis suæ : * Paucitátem dié-rum meórum núnctia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum : * in generatiónem et generatiónem anni tui.

Inítio tu, Dómine, terram fundásti : * et ópera mánum tuárum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu áutem pémanes : * et omnes sicut vestiméntum veteráscent.

Et sicut opertórium mutábis eos, et mutabúntur : * tu áutem idem ipse es, et anni tu i non deficent.

Fílli servórum trórum habitábunt : * et semen eórum in sæculum dirigétur.

Glória Patri, etc.

Psalmus 129.

De profúndis clamávi ad te, Dómine : * Dómine exáudi vocem meam :

Fiant áures tuae intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine : * Dómine quis sustinébit ?

Quia apud te propitiátio est : * et propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiosa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitáibus ejus.

Glória Patri, etc.

Psalmus 142.

Dómine, exáudi oratiómem meam : áuribus pérceipe obsecratónem meam in veritaté tua : * exáudi me in tua justitia.

Et non intres in iudicium cum servo tuo : * quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

Quia persecutus est inimicus animam meam : * humiliavit in terra vitam meam.

Collocavit me in obscuris sicut mortuos saeculi : * et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

Memor fui diorum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis : * in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te : * anima mea sicut terra sine aqua tibi :

Velociter exaudi me, Domine : * defecit spiritus meus.

Non avertas faciem tuam a me : * et similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam : * quia in te speravi.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem : * quia ad te levavi animam meam.

Eripe me de inimicis meis, Domine, ad te confugi : * doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Domine, vivificabis me, in aequitate tua.

Educes de tribulacione animam meam : * et in misericordia tua dispersedes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam : * quoniam ego servus tuus sum.

Gloria Patri, etc.

Antiphona. Ne reminiscaris, Domine, delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

LUTANIE

Kyrie éléison.	
Christe éléison.	
Kyrie éléison.	
Christe audi nos.	
Christe exaudi nos.	
Pater de cœlis Deus,	miserére nobis.
Fili Redemptor mundi Deus,	miserére nobis.
Spiritus Sancte Deus,	miserére nobis.
Sancta Trinitas unus Deus,	miserére nobis.
Sancta María,	ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix,	ora.
Sancta Virgo Vírginum,	ora.
Sancte Míchael,	ora.
Sancte Gábriel,	ora.
Sancte Ráphael,	ora.
Omnes Sancti Angeli, et Archángeli,	oráte pro nobis.
Omnes Sancti Beatórum Spirítuum órdines,	oráte.
Sancte Joánnes Baptista,	ora.
Sancte Joseph,	ora.
Omnes Sancti Patriárchæ, et Prophétæ,	oráte.
Sancte Petre,	ora.
Sancte Páule,	ora.
Sancte Andréa,	ora.
Sancte Jacóbe,	ora.
Sancte Joánnes,	ora.
Sancte Thoma,	ora.
Sancte Jacóbe,	ora.
Sancte Philíppe,	ora.

Sancte Bartholomæe,	ora pro nobis.	On
Sanete Matthæe,	ora.	On
Sancte Simon,	ora.	San
Sancte Thaddæe,	ora.	San
Sancte Mathíæ,	ora.	San
Sancte Búrnaba,	ora.	San
Sancte Luca,	ora.	San
Sancte Marce,	ora.	San
Omnes Sancti Apóstoli, et Evangelistæ,	oráte.	San
Omnes Sancti Discípuli Dómini,	oráte.	Om
Omnes Sancti Innocéntes,	oráte.	Om
Sancte Stéphane,	ora.	Pro
Sancte Laurénti,	ora.	Pro
Sancte Vincénti,	ora.	Ab
Sancti Fabiáne, et Sebastiáne,	oráte.	Ab
Sancti Joánnes, et Páule,	oráte.	Ab
Sancti Cosma, et Damiáne,	oráte.	A s
Sancti Gervási, et Protási,	oráte.	Ab
Omnes Sancti Mártires,	oráte.	Ab
Sancte Silvéster,	ora.	A s
Sancte Gregóri,	ora.	A f
Sancte Ambrósi,	ora.	A fl
Sancte Augustíne,	ora.	A p
Sancte Hierónyme,	ora.	A m
Sancte Martíne,	ora.	Per
Sancte Nicoláe,	ora.	Per
Omnes Sancti Pontífices, et Confessóres,	oráte.	Per
Omnes Sancti Doctóres,	oráte.	Per
Sancte Antóni,	ora.	Per
Sancte Benedícte,	ora.	Per
Sancte Bernárde,	ora.	Per
Sancte Domínice,	ora.	Per
Sancte Francísce,	ora.	Per

Omnes Sancti Sacerdótes, et Levítæ,	oráte pro nobis.
Omnes Sancti Mónachi, et Eremítæ,	oráte.
Sancta María Magdaléna,	ora.
Sancta Agatha,	ora.
Sancta Lúcia,	ora.
Sancta Agnes,	ora.
Sancta Cæcilia,	ora.
Sancta Catharína,	ora.
Sancta Anastásia,	ora.
Omnes Sancte Vírgines, et Víduæ,	oráte.
Omnes Sancti, et Sanctæ Dei,	intercédite pro nobis.
Propítius esto,	parce nobis, Dómine.
Propítius esto,	exáudi nos, Dómine.
Ab omni malo,	líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto,	líbera.
Ab ira tua,	líbera.
A subitánea, et improvísa morte,	líbera.
Ab insídiis diáboli,	líbera.
Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte,	líbera.
A spíritu fornicatiónis,	líbera.
A fúlgure, et tempestáte,	líbera.
A flagéllo terræmotus,	líbera.
A peste, fame, et bello,	líbera.
A morte perpétua,	líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ,	líbera.
Per Advéntum tuum,	líbera.
Per Nativitatem tuam,	líbera.
Per Baptismum, et sanctum Jejúnium tuum,	líbera.
Per Crucem, et Passiónem tuam,	libera.
Per Mortem, et Sepultúram tuam,	líbera.
Per sanctam Resurrectiōnem tuam,	líbera.
Per admiráibilem Ascensiōnem tuam,	líbera.
Per advéntum Spíritus Sancti Parácliti,	líbera.

In die iudicii, libera nos, Dómine.
 Peccatóres, Te rogámus áudi nos.
 Ut nobis parcas, te rogámus.
 Ut nobis indúlgeas, te rogámus.
 Ut ad veram pœniténtiam nos perdlúcere dignérís, te ro-
 gámus áudi nos.

Ut Ecclésiam tuam sanctam régere, et conserváre digné-
 ris, te rogámus áudi nos.

Ut Domnum Apostólicum, et omnes Ecclesiásticos órdines
 in sancta religióne conserváre dignérís, te rogámus.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiae humiliáre dignérís, te ro-
 gámus áudi nos.

Ut Régibus et Princípibus Christiánis pacem et veram
 concórdiam donáre dignérís, te rogámus.

Ut encto pópulo Christiáno pacem et unitátem largíri
 dignérís, te rogámus.

Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre, et con-
 serváre dignérís, te rogámus.

Ut mientes nostraras ad cœlestia desidéria érigas, te ro-
 gámus áudi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérrna bona re-
 tríbuas, te rogámus.

Ut ánimas nostraras, fratum, propinquórum, et bene-
 factórum nostrórum ab aetérna damnatióne erípias,
 te rogámus áudi nos.

Ut fructus terræ dare, et conserváre dignérís, te rogámus.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem aetérnam donáre
 dignérís, te rogámus.

Ut nos exaudíre dignérís, te rogámus.

Fili Dei, te rogámus áudi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, exáudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, miseré nobis.

Christe áudi nos,

Kyrie eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster, secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

Psalmus (69).

Leus, in adjutórium meum inténde : * Dómine, ad
adjuvándum me festína.

Confundántur, et revereántur, * qui querunt ánima-
mam meam :

Avertántur retrórsum, et erubéscant, * qui volunt
mihi mala :

Avertántur statim erubescéntes, * qui dicunt mihi :
Euge, euge.

Exúltent et læténtrur in te omnes qui querunt te, *
et dicant semper : Magnificétur Dóminus : qui díligunt
salutáre tuum.

Ego vero egénus, et páuper sum : * Deus, áduja me.

Adjútor meus, et liberátor meus es tu : * Dómine,
ne moréris. Glória Patri, etc.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus sperántes in te.

V. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimícus in nobis.

R. Et filius iniquitatis non appónat nocére nobis.

V. Dómine, non secúndum peccáta nostra fácias nobis.

R. Neque secúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

V. Orémus pro Pontífice nostro N.

R. Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et
beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in án-
iam inimicórum ejus.

Christe exáudi nos.

Christe eléison.

V. Orémus pro benefactóribus nostris.

R. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam aetérnam. Amen.

V. Orémus pro fidélibus defúnctis.

R. Réquiem aetérnam dona eis Dómine, et lux per-pétua lúceat eis.

V. Requiéscant in pace. R. Amen.

V. Pro frátribus nostris abséntibus.

R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eos.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíseum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Orémus.

Oratio.

Deus, eui próprium est miseréri semper et párcere ; suscipe deprecationem nostram : ut nos, et omnes fámulos tuos, quos delictórum caténa constríngit, misératio tuæ pietátis eleménter absolvat.

Lexáudi, quæsumus Dómine, súpplicum preces, et conforténtium tibi parce peccátis : ut páriter nobis indulgentiam tríbuas benígnus et pacem.

Inneffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam clementer osténde : ut simul nos et a peccátis ómnibus exuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris, preces populi tui supplicántis propítius respice : et flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnipotens, sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro N. et dírige eum secúndum tuam clementiam in viam salútis aetérnæ : ut te donánte tibi plácita cúpiat, et tota virtúte perficiat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem : ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium sublata formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla.

Utre igne Sancti Spíritus renes nostros, et cor nōstrum, Dómine : ut tibi casto cōpore serviāmus, et mundo corde placeámus.

Fidélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum, famularúmque tuárum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum : ut indulgéntiam, quam semper optavérunt, piis supplicatióibus consequántur.

Actiōnes nostraras, quæsumus Dómine, aspirándo præveni, et adjuvándo proséquere : ut caneta nostra orátio, et operátio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur.

Omnípotens, sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse prænóscis, te súpplices exorámus : ut pro quibus effúndere preces decretivimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútus cōpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntia, ómnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæculórum.

R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Exáudiat nos omnípotens et misericors Dóminus.

R. Amen.

V. Et Fidélium ánimæ per misericordiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

DE VISITATIONE ET CURA
INFIRMORUM

Parochus in primis meminisse debet, non postremas esse numeris sui partes, aegrotantium curam habere. Quare cum primum noviri, quempiam ex Fidelibus curae sum commissis aegrotare, non expectabit, ut ad eum vocetur, sed ultra ad illum accedat; idque non semel tantum, sed sepius, quotenus opus fuerit; horteturque parochiales suos, ut ipsum admoneant, cum aliquem in Parochia sua aegrotare contigerit, praeipue si morbus gravior fuerit.

Ad hoc iuvabit, praesertim in amplis Parochiis, aegrotorum notam, seu catalogum habere, ut eiususque statum et conditionem cognoscat, eorumque memoriam facilius retinere, et illis opportune subvenire possit.

Quod si Parochus legitime impeditus, infirmorum, ut quando plures sunt, visitationi interdum vacare non potest: id prestandum curabit per alios Sacerdotes, si quos habet in Parochia sua, aut saltem per laicos homines pios, et christiana charitate præditos.

Aegrotos visitans ea, qua Sacerdotes Domini decet, honestate et gravitate se habeat, ut non aegris solum, sed sibi et domesticis verbo et exemplo prosit ad salutem.

Eorum vero præcipuam curam geret, qui humanis auxiliis destituti, benigni ac providi Pastoris charitatem et operam requirunt. Quibus si non potest ipse succurrere de suo, et eleemosynas illis, prout debet, si facultas suppetit, erogare, quantum fieri potest, sive per charitatis, vel alterius nominis Confraternitatem, si in ea civitate, vel loco fuerit, sive per privatas, sive per publicas collectas et eleemosynas, illorum necessitatibus succurrendum curabit.

In primis autem spiritualem aegrotantium curam suscipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in viam salutis eos dirigat, atque a diabolicis insidiis salutarium adjumentorum praesidio defendat, ac tueatur.

Accedat autem ad aegrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad persuadendum apta, ac praesertim Sanctorum exempla, quae plurimum valent: quibus eum in Domino consoletur, excitet, ac recreet. Horteturque, ut omnem spem suam in Deo ponat, peccatorum suorum peniteat, divinam misericordiam imploret, et infirmitatis penas, tanquam paternam Dei visitationem, patienter ferat, et ad salutem suam provenisse credat, ut vitam, moresque suos melius instituat.

Deinde qua par est prudentia et charitate, hominem ad sacram confessionem inducat, et confitentem audiat, etiamsi velit totius

vitie peccata confiteri; ac si opus fuerit, tam infirmo, quam ejus familiaribus vel propinquis in memoriam revoeat, quod Lateranensis Concilii, ac plurium Summorum Pontificum decretis cavetur sub gravibus penitis, ne Medicie ultra tertiam vicem aegrotos visitent, nisi prius ipsis certo constet, illos Confessionis Sacramento rite expiatos fuisse.

Hic præterea diligenter servari curabit, ne quis pro corporali salute aliquid aegroto suadeat, vel adhibeat, quod in detrimentum animae convertatur.

Ubi vero periculum imminet, Parochus monebit aegrotum, ne daemonum astutia, neque medicorum pollicitationibus, neque propinquorum, aut amicorum blanditiis se ullo modo decipi simat; quo minus ea, quæ ad animæ salutem pertinent, opportune profert, et qua pars est devotione et celeritate, sancta Sacraenta, dum sana mens est, integrique sensus, religiose suscipiat, citra fallacem illam, ac perniciosa procrastinationem, quæ plurimos ad eterna supplicia perduxit, in diesque fallente diabolo, perdueit.

Quod si aeger aliquis hortationibus ac monitis Sacerdotum vel amicorum et domesticorum consiliis adduci non potest, ut velit peccata sua confiteri, tunc non omnino desperanda res est, sed quamdiu ille vivit, repetenda sunt frequenter variae et efficaces Sacerdotum, et aliorum piorum hominum exhortationes; proponendaque æternæ salutis damna, et sempiterne mortis supplicia; ostendendaque immensa Dei misericordia, cum ad penitentiam provocantis, ad ignoscendum paratissimi. Adhibenda sunt etiam tum private, tum publicæ ad Deum preces, ad divinam gratiam impetrandum pro salute miseri decumbentis.

Videbit denique Sacerdos, quibus potissimum temptationibus, aut pravis opinionibus aeger sit subjectus, eique, prout opus fuerit, apta remedia prudenter adhibebit.

Sacras imagines Christi Domini crucifixi, Beatae Mariae Virginis, et Sancti, quem aeger præcipue veneratur, ob oculos ejus apponi curabit. Vasculum item adsit Aquæ benedictæ, qua frequenter aspergatur.

Proponet etiam aegrotanti, prout ejus conditio feret, aliquas Orationes, et pias mentis ad Deum excitationes: præsertim versiculos e Psalmorum libro, vel Orationem Dominicam, et salutationem Angelicam. Symbolum Fidei, vel Passionis Domini nostri meditationem, et Sanctorum martyria et exempla, ac ecclæstis glorioe beatitudinem. Haec tamen opportune et discrete suggerantur, ne aegroto molestia, sed levamen afflatur.

Consoletur infirmum, dicens, se pro eo in Missæ sacrificio, et aliis precibus oraturum, curaturumque ut alii itidem pro eo faciant, idque re ipsa præstabat.

Si morbus gravior, vel cum periculo fuerit; aegroto suadeat, ut dum integra mente est, rem suam omnem recte constituat, et testamentum faciat; si quid habeat alienum, restituat, et ad re-

medium animae stae pro facultatibus, quod in Domino ei placuerit, disponat: sed haec suggestendo, omnis avaritiae nota caveatur.

Hortetur denique, ut si convaluerit, ante omnia ad Ecclesiam veniat, ubi Deo gratias agat de restituta valetudine, ut sacram Communione pie suscipiat; ac deinceps meliorem vitæ disciplinam teneat.

Sequentes preces omnes, vel ex parte prout tempus, et aegrotorum conditio feret, pro arbitrio Sacerdotis diei, vel omitti possunt.

Sacerdos igitur infirmi cubiculum ingressus, primum dicat:

V. Pax huie domui.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

Mox infirmum, et lectum ejus, et cubiculum aspergat Aqua benedicta, dicens Antiphonam: **Aspérges, etc.**

Deinde erga infirmum officium suum præstet, ut supra dictum est. Quo præstito, vel antequam discedat, dicere poterit supra infirmum aliquem Psalmum ex quatuor prioribus Penitentialibus, vel Psalmum **Qui hábitat, etc.** cum Glória Patri. in fine; postea dicat: **Kyrie eléison, Christe eléison. Kyrie eléison. Pater noster.**

V. Et ne nos indúcas in tentaciónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Mitte ei, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.

V. Esto ei, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimici.

V. Dóminus opem ferat illi.

R. Super lectum doloris ejus.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere,
súscipe deprecationem nostram: ut nos, et hunc fá-
mulum tuum, quos delictórum caténa constríngit, mi-
seratio tuæ pietatis eleménter absolvat.

Deus, infirmitatis humánæ singuláre præsidium, auxílii
tui super infirmum fámulum tuum osténde virtútem:
ut ope misericordiae tuæ adjútus, Eeclesiæ tuæ sanctæ
incolumis repræsentári mercátur.

Concéde hunc fámulum tuum, quæsumus Dómine Deus,
perpétua mentis et cörperis sanitáte gaudére: et glo-
riosa beatæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, a præ-
senti liberári tristitia, et ætéerna pérfrui létitia. Per Chri-
stum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Benedictio Dei omnipoténtis, Patris,  et Fílii, et
Spiritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper.

R. Amen.

Deinde aspergat eum Aqua benedicta.

Qui sequuntur Psalmi, et Evangelia, cum Precibus,
pro temporis etiam opportunitate, et pro agrotantum de-
siderio, Sacerdotis arbitrio diei poterunt. Psalm. 6. Dó-
mine, ne in furóre tuo, etc. fol. 97. in fine Glória Patri.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Sequentia sancti Evangélii secúndum Matthæum.

R. Glória tibi, Dómine.

Dum Sacerdos dicit Sequentia, etc. facit signum
Crucis de more super se in fronte, ore, et in pectore.

similiter super infirmum, si fuerit moxculus, et si ob infirmitatem non potest se signare.

Si autem fuerit feminam, dum Sacerdos se signat, illi per semetipsam in locis predictis se signet, si potest; si vero non potest, alia mulier eam signet: et hoc idem in sequentibus Evangelii servetur.

Matth. 8

In illo tempore: Cum introisset Jesus Capháraum, accéssit ad eum Centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquéatur. Et ait illi Jesus: Ego véniam, et curábo eum. Et respónsens Centúrio, ait: Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílités: et dico huic: Vade, et vadit; et álii: Veni, et venit; et servo meo: Fae hoc, et facit. Audiens autem Jesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen dico vobis, non invéni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte, et Occidente vénient, et recúmbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno cœlorum: filii autem regni ejiciéntur in ténebras exteriores; ibi erit fletus, et stridor dénytum. Et dixit Jesus Centurióni: Vade, et sicut ereditisti fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

O rémus.

() Omnipotens, sempiterne Deus, salus aeterna credéntium, exaudi nos pro infirmo famulo tuo N., pro quo misericordiae tuæ implorámus auxílium: ut reddita sibi sanitáte, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actioñes. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Psalmus 15.

Sonsérvá me, Dómine, quóniam sperávi in te. * Díxi
Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meó-
rum non egés.

Sanetis, qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes
voluntátes meas in eis.

Multiplicátae sunt infirmitátes eórum: * póstea ae-
celeravérunt.

Non congregábo conventícola eórum de sanguínibus, *
nec memor ero nómínum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ, et eálicis mei: * tu
es, qui restítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in präcláris: * étenim hæré-
ditas mea präclára est mihi.

Benedíciam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum: *
ínsuper et usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum, in conspéctu meo semper: *
quóniam a dextris est mihi, ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, et exultávit lin-
gua mea: * ínsuper et caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelíngues ánimam meam in inférno: *
nec dabis sanctum tuum vidére corruptiōnem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me lætitia cum
vultu tuo: * delectatiōnes in déxtera tua usque in finem.

Glória Patri, etc.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum.

R. Glória tibi, Dómine.

Marc. 16. c.

In illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, ap-
páruit illis Jesus, et exprobrávit incredulitátem eórum,

et durítiam cordis; quia iis, qui víderant eum resurrexisse, non credidérunt. Et dixit eis: Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit, et baptizátus fúnerit, salvus erit: qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint, hæc sequéntur: In nómine meo dæmónia ejícent: linguis loquéntur novis: serpentes tollent: et si mortíferum quid biberint, non eis nocébit: super ægros manus impónent, et bene habébunt.

Orémus.

Oratio.

Virtútum eccléstium Deus, qui ab humánis corpóribus omnem languórem, et omnem infirmitátem præcepti tui potestáte depéllis: adésto propítius huic fámulo tuo N., ut fugátis infirmitáibus, et víribus reeéptis, Nomen sanctum tuum, instauráta prótinus sanitáte, benedíeat. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Psalmus 19.

Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis: * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto: * et de Sion tueá tur te.

Memor sit omnis sacrificii tui: * et holocáustum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum: * et omne consílium tuum confirmet.

Lætábimur in salutári tuo: * et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitíones tuas: * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de cœlo sancto suo; * in potentáibus salus déxteræ ejus.

Hi in cùribus, et hi in equis : * nos áutem in nōmine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt : * nos áutem surréximus, et eréeti sumus.

Dómine, salvum fac regem : * et exáudi nos in die, qua invocavérimus te.

Glória Patri, etc.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam.

R. Glória tibi, Dómine.

Luc. 4. g.

In illo témpore : Surgens Jesus de synagóga, introívit in domum Simónis. Socrus áutem Simónis tenebátur magnis fébribus : et rogavérunt illum pro ea. Et stans super illam, imperávit febri : et dimísit illam. Et contínuo surgens ministrábat illis. Cum autem sol occidíset, omnes, qui habébant infirmos váriis languóribus, ducébant illos ad eum. At ille síngulis manus impónens, curábat eos.

Orémus.

Oratio.

Dómine sancte, Pater omnípotens, aétérne Deus, qui fragilitátem humánæ conditiónis, infusa virtútis tuæ dignatióne, confirmas, ut salutáribus remédiis pietátis tuæ córpora nostra et mentes vegeténtur : super hunc fámulum tuum propítius inténde, ut omni necessitaté corpóreæ infirmitátis exclúsa, grátia in eo prístinæ sanitatis perfécte reparéatur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Psalmus 85.

In lína, Dómine, áurem, tuam, et exáudi me : * quóniam inops et páuper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum, * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die : * lætifica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam, tu, Dómine, suávis et mitis : * et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pérceipe, Dómine, oratióne meam : * et inténde voei deprecationis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te : * quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis, Dómine : * et non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes quaseúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine : * et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília : * tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiar in veritáte tua : * lætétur cor meum, ut tímeat nόmen tuum.

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in aetérnum :

Quia misericórdia tua magna est super me : * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam : * et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, * pátiens, et multæ misericórdiæ, et verax.

Réspice in me, et miseré mei : * da impérium tuum púero tuo, et salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui odérunt me, et confundántur : * quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, et consolátus es me. Glória Patri, etc.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Sequéntia sancti Evangélii seeúndum Joánnem.

R. Glória tibi, Dómine.

Joan. 5.

In illo témpore : Erat dies festus Judæórum, et ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis Probática piscína, quæ cognominátur Hebráice Bethsáida, quinque pórticus habens. In his jacébat multitúdo magna languéntium, cœcórūm, claudórūm, aridórūm expectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini descendébat secún-dum tempus in piscínam : et movebátur aqua. Et qui prior descendísset in piscínam post motióinem aquæ, sanus fiébat a quaécumque detinebátur infirmitatē. Erat autem quidam homo ibi, triginta et octo annos habens in infirmitatē sua. Hunc cum vidísset Jesus jacéntem, et cognovísset quia jam multum tempus habéret, dicit ei : Vis sanus fieri ? Respóndit ei lánguidus : Dómine, hómi-nem non hábeo, ut eum turbáta fúerit aqua, mittat me in piscínam : dum vénio enim ego, álius ante me descén-dit. Dicit ei Jesus : Surge, tolle grabátum tuum, et ám-bula. Et statim sanus factus est homo ille : et sústulit grabátum suum, et ambulábat. Erat autem Sábbatum in die illo. Dicébant ergo Judæi illi, qui sanátus fúerat : Sábbatum est, non licet tibi tollere grabátum tuum. Re-spóndit eis : Qui me sanum fecit, ille mihi dixit : Tolle grabátum tuum, et ámbula. Interrogavérunt ergo eum : Quis est ille homo, qui dixit tibi : Tolle grabátum tuum, et ámbula ? Is autem qui sanus fúerat efféctus, nesciébat quis esset ; Jesus enim declinávit a turba constitúta in loco. Postea invénit eum Jesus in templo, et dixit illi : Ecce sanus factus es : jam noli peccáre, ne detérius tibi áliquid contíngat.

Orémus.

Réspice, Dómine, fámulum tuum in infirmitáte sui córporis laborántem, et ánimag réfove, quam creásti : ut castigatióibus emendátus, contínuo se séntiat tua medicína salvátum. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Psalmus 90.

Qui hábitat in adjutório Altíssimi : * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino : Suscéptor meus es tu, et refúgium meum : * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a vérbo áspero.

Scápolis suis obumbrábit tibi : * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus : * non timébis a timóre noctúrno,

A sagitta volánte in die, a negótio perambulánte in ténebris : * ab incúrsu, et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, et decem míllia a dextriis tuis : * ad te áutem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis : * et retributiónen peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea : * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum : * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam ángelis suis mandávit de te : * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem, et basilíscum ambulábis : * et conculeábis leónem et dracónem.

Oratio.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum : * cum ipso sum in tribulatióne : erípiam eum, et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum : * et osténdam illi salutáre meum.

Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus.

Oratio.

() Omnipotens, sempiterne Deus, infirmitátem fámuli tui propítius respice : atque ad protegéndum eum déxteram tuæ majestatis exténde. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Completa Oratione ultima, Sacerdos imponat dexteram manum super caput infirmi, et dicat :

Super aëgrós manus impónent, et bene habébunt. Jesus Maríæ Fílius, mundi salus, et Dóminus, méritis et intercessióne Sanctórum Apostolórum suórum Petri et Páuli, et ómnium Sanctórum, sittibi clemens et propítius. Amen.

Postea dicat V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Inítiū sancti Evangélii secúndum Joánnem.

R. Glória tibi, Dómine.

Ioann. I.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, et vita erat lux hominum : et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut te-

stimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, e. mundus eum non cognóvit. In pròpria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot áutem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri, his, qui credunt in nómine ejus : qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. Et VERBUM CARO FACTUM EST, et habitávit in nobis : et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi unigéniti a patre plenum grátiae, et veritátis.

R. Deo grátias.

Postea benedicens infirmum subjungat, dicens :
Benedictio Dei omnipoténtis, Patris,  et Fílii, et Spíritus Sancti, descéndat super te, et máneat semper.

R. Amen.

Deinde aspergat eum Aqua benedicta.

Si fuerint plures infirmi in eodem enbiculo, vel loco, Preces et Orationes prædictæ dieuntur super eos in numero plurali. Quae omnia etiam poterunt, arbitrio Sacerdotis, breviora fieri.



MODUS

JUVANDI MORIENTES



Ingrayescente morbo, Parochus infirmum frequentius visitabit, et ad salutem diligenter juvare non desinet, monebitque instante periculo se confessim vocari, ut in tempore praesto sit morienti, sumptoque sanctissimo Viatico, et sacra Unctione adhibita, si periculum imminent, statim commendationis animae officium praebeat, de quo infra. Sed si tempus suppetat, sequentia pietatis officia praestante poterit, si ita expedire judicaverit, pro conditione personae.

Ae primo, si aegrotus Indulgentiam legitima auctoritate concessam consequi possit, eam illi reducat ad mentem, proponatque quid ad eam consequendam agi debeat: prasertim, ut contrito corde sanctissimum nomen IESU semel, vel saepius invocet.

Deinde hortetur infirmum, et excitet, ut diu mente viget, eliciat actus fidei, spei, et charitatis, aliarumque virtutum, nempe:

Ut firmiter credat omnes artieulos Fidei, et quidquid Sancta Romana Ecclesia Catholica et Apostolica credit, et docet.

Ut speret, Christum Dominum nostrum pro sua immensa clementia sibi fore propitium; et merito ejus sanctissime Passionis, et per intercessionem B. Mariae, et omnium Sanctorum, se vitam æternam consecuturum.

Ut toto corde diligat et maxime diligere cupiat Dominum Deum ea dilectione, qua illum diligunt Beati, Sanctique omnes.

Ut ob amorem Dei doleat ex corde de omni offensa qualitercumque contra Dominum Deum, et proximum commissa.

Ut ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui sibi quoquo modo fuerint molesti, aut inimici.

Ut ab iis veniam postulet, quos aliquando dictis, aut factis offendit.

Ut quem patitur dolorem et morbi molestiam, propter Deum in pœnitentiam peccatorum suorum patienter toleret.

Ut si Dominus sibi salutem corporis præstare dignabitur, proponat de cætero pro viribus suis a peccatis cavere, et ejus man data servare.

Hortetur præterea, ut eo modo quo potest saltem ex corde ita per intervalla precetur.

Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

In te, Dómine, sperávi, non confundar in æténum.

In manus tuas, Dómine, comméndo spíritum meum, redemísti me, Dómine, Deus veritatis.

Deus, in adjutórium meum inténde : Dómine, ad adjuvándum me festína.

Esto mihi, Dómine, in Deum protectórem.

Deus, propítius esto mihi peccatóri.

Dulcissime Dómine Jesu Christe, per virtútem sanctissimæ Passiónis tuæ, récipe me in númerum electorum tuórum.

Dómine Jesu Christe, súscipe spíritum meum.

María mater gratiæ mater misericordiæ, tu me ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.

Sancte Angele Dei, mihi custos assíste.


Omnes Sancti Angeli, et omnes Sancti, intercédite pro me, et mihi succúrrite.

Hæc, et his similia poterit prudens Sacerdos vulgari, vel latino sermone, pro persone capti, morienti suggerere.

Deinde sequentes preces quanta poterit majori devotione dicat, admoneatque domesticos, et ciremnstantes, ut simul orent pro moriente.

ORDO

COMMENDATIONIS ANIMÆ



Parochus ad decedentis animæ commendationem necossibus. Clericum sitem unum, si potest, secum habeat, qui deferat vasulum Aquæ benedictæ, superpellicem, et stolonem violaceum, quibus ipse Sacerdos ante infirmi cibulum induitus, locum ingrediens, dicat: **Pax huic dô-mui, et ómnibus habitántibus in ea.** Deinde aspergat agrotum, letum, et circumstantes Aquæ benedictæ, dicens: **Aspérge me, Dómine, hyssópo, et mundábor, etc.**

Postea Salvatoris nostri Crneifixi imaginem agrot osculantam præbeat, verbis efficacibus cum ad spem interioris salutis erigens, ipsiusque imaginem eoram eo posuit, ut illam aspiciens, salutis sue spem sumat.

Deinde accensa candela, genibus flexis cum omnibus circumstantibus breves Litaniæ devote reciter, in hunc modum.

K yrie eléison.	
Christe eléison.	
Kyrie eléison.	
Sancta María,	Ora pro eo.
Omnes Sancti Angeli, et Archángeli,	oráte pro eo.
Sancte Abel,	ora.
Omnis chorus Justórum,	oráte.
Sancte Abraham,	ora.
Sancte Joánnes Baptísta,	ora.
Sancte Joseph,	ora.
Omnes Sancti Patriárchæ, et Prophétae,	oráte.
Sancte Petre,	ora.

Sancte Páule,	ora pro eo.
Sanete Andréa,	ora.
Sanete Joánnes,	ora.
Omnis Sancti Apóstoli, et Evangelistæ,	oráte.
Omnis Sancti Discípuli Dómini,	cýrátæ.
Omnis Sancti Innocéntes,	oráte.
Sanete Stéphane,	ora.
Sanete Laurénti,	ora.
Omnis Sancti Mártyres,	oráte.
Sanete Silvéster,	ora.
Sanete Gregóri,	ora.
Sanete Augustíne,	ora.
Omnis Sancti Pontífices, et Confessóres,	oráte.
Sanete Benedícte,	ora.
Sanete Francíscæ,	ora.
Omnis Sancti Mónachi, et Eremítæ,	oráte.
Saneta María Magdaléna,	ora.
Saneta Lúcia,	ora.
Omnis Sanctæ Vírgines, et Víduæ,	oráte.
Omnes Sancti, et Sanctæ Dei,	Intercédite pro eo. Parce ei, Dómine.
Propítius esto,	Líbera eum, Dómine.
Propítius esto,	líbera.
Propítius esto,	líbera.
Ab ira tua,	líbera.
A perículo mortis,	líbera.
A mala morte,	líbera.
A peñis inférni,	líbera.
Ab omni malo,	líbera.
A potestáte diáboli,	líbera.
Per Nativitátem tuam,	líbera.
Per Crucem, et Passiónem tuam,	líbera.
Per Mortem, et Sepultúram tuam,	líbera.
Per gloriósam Resurrectiōnem tuam,	líbera.

Per admirábilem Ascensióne tuam, líbera eum, Dómine.
 Per grátiam Spíritus Sancti Parácliti, líbera.
 In die Judíeii, líbera.
 Peccatóres, Te rogámus áudi nos.
 Ut ei páreas, Te rogámus áudi nos.
 Kyrie éléison. Christe éléison. Kyrie éléison.

Deinde cum in agone suí exitus ánima auxiatur, dicantur sequentes Orationes :

Oratio.

Dproficíscere, ánima Christiána, de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit : in nómine Jesu Christi Fílli Dei vivi, qui pro te passus est : in nómine Spíritus Sancti, qui in te effúsus est : in nómine Angelórum et Archangelórum : in nómine Thronórum et Dominatiónum : in nómine Principátuum et Potestátum : in nómine Chérubim et Séraphim : in nómine Patriarchárum et Prophetárum : in nómine Sanetórum Apostolórum et Evangelistárum : in nómine Sanctórum Mártirum et Confessórum : in nómine Sanetórum Monachórum et Eremitárum : in nómine Sanctárum Vírginum, et ómnium Sanctórum et Sanctárum Dei. Hódie sit in pace locus tuus, et habitálio tua in sancta Sion. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Oratio.

Deus misericors, Deus clemens, Deus, qui secúndum multitudinem miseratiónum tuárum peccáta poenitentium deles, et præteritorum críminum culpas vénia remissiónis evácuas : respice propítius super hunc fámulum tuum N., et remissiónem ómnium peccatórum suórum tota cordis confessióne poscéntem deprecátus exáudi. Rénova in eo, piíssime Pater, quidquid terréna fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabolica fráude violátum est: et unitati cárporis Ecclésiæ membrum redemptiōnis annécte.

Miserére, Dómine, gemítuum, miserére lacrymárum ejus : et non habéntem fidúciam, nisi in tua misericórdia, ad tuæ sacraméntum reconciliatiónis admítte. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

(omméndo te omnipoténti Deo, charíssime frater, et ei, cuius es creatúra, commítto : ut cum humanitátis débitum morte interveniénte persólveris, ad Auctórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egre-diénti ítaque ánimæ tuæ de cörpore, spléndidus Angelórum cœtus occúrrat : judex Apostolórum tibi Mártyrum triumphátor exércitus óbviat : liliáta rutilántium te Confessórum turba circúm-det : jubilántium te Vírginum chorus excípiat, et beátæ quiétis in sinu Patriarchárum te compléxus astríngat : mitis, atque festívus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assisténtes sibi júgiter interésse decérnat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod stridet in flámmis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus Sátanas cum satellítibus suis : in advéntu tuo te comitán-tibus Angelis contremíscat, atque in aetérnæ noctis chaos immáne effúgiat. Exúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus; et fúgiant qui odérunt eum, a fácie ejus. Sieut déficit fumus, deficiant : sieut fluit cera a fácie ignis, sic péreant peccatóres a fácie Dei : et justi epuléntur, et exúltent in conspéctu Dei. Confundántur ígitur et erubéscant omnes tartáreæ legiónes, et ministri Sátanæ iter tuum impedíre non áudeant. Líberet te a eruciátu Christus, qui pro te crucifixus est. Líberet te ab aetérna morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Constituat te Christus Fílius Dei vivi intra Paradísi sui semper amoena viréntia, et inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te absólvat ; atque ad déxteram suam in elec-tórum suórum te sorte constituat. Redemptórem tuum

fácie ad fáciem vídeas, et præsens semper assístens, manifestíssimam beátis óculisaspícias veritátem. Constitútus igitur inter ágmina beatórum, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in sæcula sæculórum. R. Amen.

(Officio)

Venice, Dómine, servum tuum in locum sperándæ sibi salvatiónis a misericórdia tua. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui ex ómnibus periculis inférni, et de láqueis pœnárum, et ex ómnibus tribulatióibus. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Henoch et Elíam de commíuni morte mundi. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sieut liberásti Noe de dilúvio. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Abraham de Ur Chaldæórum. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Job de passiónibus suis. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Isaac de hóstia, et de manu patris sui Abrahæ. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Lot de Sódomis, et de flamma ignis. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Móysen de manu Pharaónis regis Ægyptiorum. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Daniélem de laeu leónum. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti tres púeros de camíno ignis ardéntis, et de manu regis iníqui. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Susánnam de falso crímine. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti David de manu regis Saul, et de manu Golíæ. R. Amen.

Líbera, Dómine, ániam servi tui, sicut liberásti Petrum, et Pánlum de carcéribus. R. Amen.

Et sicut beatíssimam Theclam Vírginem et Mártyrem tuam de tríbus atrocíssimis torméntis liberásti, sic liberaré dignérís ániam hujus servi tui, et tecum fáciás in bonis congaudére cœlestibus. R. Amen.

Oratio.

Commendámus tibi, Dómine, ániam famuli tui N., precámurque te, Dómine Jesu Christe Salvátor mundi, ut propter quam ad terram misericórditer descendísti, Patriarchárum tuórum síníbus insinuáre non rénuas. Agnósee, Dómine, creatúram tuam, non a diis aliénis creátam; sed a te solo Deo vivo et vero: quia non est álius Deus præter te, et non est secúndum ópera tua. Lætífica, Dómine, ániam ejus in conspéctu tuo, et ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum, et ebrietátum, quas suscitávit fúror, sive fervor malí desidérii. Licet enim peccáverit, tamen Patrem, et Fílium, et Spíritum Sanctum non negávit, sed erédidit, et zelum Dei in se hábuit, et Deum, qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Oratio.

Delicta juventútis, et ignorántias ejus, quæsumus ne memíneris, Dómine: sed secúndum magnam misericórdiam tuam memor esto illíus in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei eceli, collætentur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, servum tuum súscipe. Suscípiat eum Sanctus Míchael Archángelus Dei, qui milítiae cœlestis méruit principátum. Véniant illi óbviam Sancti Angeli Dei, et perdúcant eum in civitátem cœlestem Jerúsalem. Suscípiat eum Beátus Petrus Apóstolus, cui a Deo claves regni cœlestis tráditæ sunt. Adjuvet eum Sanctus Páulus Apóstolus, qui dígnus fuit esse vas electiónis. Intercédat pro eo Sanctus Joánnes cléctus Dei Apóstolus, cui reve-

lata sunt secrēta cœlestia : Orent pro eo omnes Sancti Apóstoli, quibus a Dómino data est potéstaſ ligāndi, atque solvēndi. Intercédant pro eo omnes Sancti et Elécti Dei, qui pro Christi nōmine torménta in hoc sæculo sus-tinuerunt: ut vínculis carnis exútus, pervenire mereátur ad glóriam regni cœlestis, pœstânte Dómino nostro Jesu Christo : Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sæculorum. R. Amen.

Si vero diutius laboret anima, poterit legi super eum hoc Evangelium S. Joannis.

Joann. 17.

Sublevátis óculis in cœlum Jesus, dixit : Pater, venit hora, clarifica Fílium tuum, ut Fílius tuus clarifiet te: sicut dedísti ei potestátem omnis carnis, ut omne, quod dedísti ei, det eis vitam ætérnam. Haec est áutem vita ætérna : ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misisti Jésum Christum. Ego te clarificávi super terram : opus consummávi, quod dedísti mihi ut fáciam : et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetípsum, claritaté, quam hábui prius, quam mundus esset, apud te. Manifestavi no-men tuum homínibus, quos dedísti mihi de mundo. Tui erant, et mihi eos dedísti : et sermóne tuum servavérunt. Nunc cognovérunt, quia ómnia, quæ dedísti mihi, abs te sunt : quia verba, quæ dedísti mihi, dedi eis : et ipsi accepérunt, et cognovérunt vere, quia a te exívi, et credidérunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo : Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedísti mihi : quia tui sunt : et mea ómnia tua sunt, et tua mea sunt : et clarificátus sum in eis. Et jam non sum in mundo, et hi in mundo sunt, et ego ad te vénio. Pater sancte, serva eos in nōmine tuo, quos dedísti mihi : ut sint unum, sicut et nos. Cum essem eum eis, ego servábam eos in nōmine tuo. Quos dedísti mihi, custodívi : et nemo ex eis péririt, nisi filius

perditionis ut Scriptura impleatur. Nunc autem ad te veniam : et haec loquor in mundo, ut habeant gaudium meum implatum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo. Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me ipsum : ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me : ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint : ut credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis : ut sint unum sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me : int consummati in unum : et cognoscat mundus, quia tu me misisti, et dilexisti eos, sicut et me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi sum ego, et illi sint mecum : ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi : quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste, mundus te non cognovit : ego autem te cognovi : et hi cognoverunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, et notum faciam : ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, et ego in ipsis.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi secundum Joánnem.

Ioann. 18.

In illo tempore : Egressus est Jesus cum discípulis suis trans torréntem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, et discípuli ejus. Sciébat autem et Judas, qui tradébat eum, locum : quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discípulis suis. Judas ergo cum accepisset co-

hórteti, et a Pontificibus, et Pharisæis minístros, venit
 illuc cum latérnis, et fácebus, et armis. Jesus itaque
 sciens ómnia, que ventúra erant super eum, procéssit,
 et dixit eis : Quem queritis ? Respondérunt ei : Jesum
 Nazarénum. Dicít eis Jesus : Ego sum. Stabat autem et
 Judas, qui tradébat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis :
 Ego sum ; abiérunt retrórsum, et cecidérunt in terram.
 Iterum ergo interrogávit eos : Quem queritis ? Illi autem
 dixérunt : Jesum Nazarénum. Respóndit Jesus : Díxi vo-
 bis, quia ego sum : si ergo me queritis, sínite hos abíre. Ut
 implerétur sermo, quem dixit : Quia quos dedísti mihi,
 non pérdidí ex eis quemquam. Simon ergo Petrus habens
 gládium edítuit eum : et pereússit pontífici servum, et
 abséndit aurículam ejus déxteram. Erat autem nomen ser-
 vo Malchus. Dixit ergo Jesus Petro : Mitte gládium tuum
 in vagínam. Cálicem, quem dedit mihi Pater, non bi-
 bam illum ? Cohors ergo, et tribúnus, et minístri Ju-
 daeorum comprehendérunt Jesum, et ligavérunt eum : et
 adduxérunt eum ad Annam primum ; erat enim socer
 Cáiphae, qui erat póntifex anni illius. Erat autem Cáiphas,
 qui consílium déderat Judeis : Quia expedit unum hómi-
 nem mori pro pôpulo. Sequebátur autem Jesum Simon
 Petrus, et álius discípulus. Discípulus autem ille erat
 notus pontífici, et introívit eum Jesu in átrium pontí-
 ficiis. Petrus autem stabat ad óstium foris. Exívit ergo
 discípulus álius, qui erat notus pontífici, et dixit ostiá-
 riae : et introdúxit Petrum. Dicít ergo Petro ancílla ostiá-
 riae : Numquid et tu ex discípulis es hóminis istiús ? Dicít
 ille : Non sum. Stabant autem servi et minístri ad pru-
 mas, quia frigus erat, et calefaciébant se : erat autem cum
 eis et Petrus stans, et calefáciens se. Póntifex ergo in-
 terrogávit Jesum de discípulis suis, et de doctrína ejus.
 Respóndit ei Jesus : Ego palam locútus sum mundo : ego

semper docui in Synagóga, et in templo, quo omnes Ju-dæi convéniant : et in oecùlo locútus sum nihil. Quid me intérrogas ? intérroga eos, qui audiérunt quid locútus sim ipsis : ecce hi sciunt, quae díixerim ego. Hæc áutem eum dixísset, unus assístens ministrórū dedit álapam Jesu, dicens : Sic respóndes pontífici ? Respóndit ei Jesus : Si male locútus sum, testimónium pérhibe de malo : si autem bene, quid me eadis ? Et misit eum Annas ligátum ad Cáipham pontíficem. Erat áutem Simon Petrus stans, et calefáciens se. Dixérunt ergo ei : Numquid et tu ex discípulis ejus es ? Negávit ille, et dixit : Non sum. Dicit ei unus ex servis pontíficis cognátus ejus, cujus abscídit Petrus aurículam : Nonne ego te vidi in horto cum illo ? Iterum ergo negávit Petrus : et statim gallus cantávit. Addúcunt ergo Jesum a Cáipha in prætórium. Erat áutem mane : et ipsi non introiérunt in prætórium, ut non contaminaréntur, sed ut manducárent Pascha. Exívit ergo Pilátus ad eos foras, et dixit : Quam accusatióne affértis adyérsus hóminem hunc ? Respondérunt, et dixérunt ei : Si non esset hie malefáctor, non tibi tradidissémus eum. Dixit ergo eis Pilátus : Aceípite eum vos, et secúndum legem vestram judicáte eum. Dixérunt ergo ei Judæi : Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo Jesu implerétur, quem dixit, signíficans qua morte esset mori-túrus. Introiavit ergo iterum in prætórium Pilátus, et vocávit Jesum, et dixit ei : Tu es rex Judæórum ? Respóndit Jesus : A temetípsō hoc dieis, an álli dixérunt tibi de me ? Respóndit Pilátus : Numquid ego Judæus sum ? Gens tua, et pontífices tradidérunt te mihi : quid fecísti ? Respóndit Jesus : Regnum meum non est de hoc mundo : si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei úti-que decertárent, ut non tráderer Judæis : nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilátus : Ergo

rex es tu? Respóndit Jesus: Tu dicas, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimónium perhíbeam veritati: omnis, qui est ex veritate, áudit vocem meam. Dicent ei Pilátus: Quid est véritas? Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judeos, et dicit eis: Ego nullam invénio in eo cáusam. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Judaeórum? Clamavérunt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barábbam. Erat autem Barábbas latro. Tunc ergo apprehéndit Pilátus Jesum, et flagellávit. Et milites plectentes eorónam de spinis, imposuérunt cápiti ejus: et veste purpúrea circumdedérunt eum. Et veniébant ad eum, et dicebant: Ave rex Judaeórum: et dabant ei álapas. Exivit ergo iterum Pilátus foras, et dicit eis: Ecce addúco vobis eum foras, ut cognoscáatis, quia nullam invénio in eo cáusam. (Exivit ergo Jesus portans corónam spíneam, et purpúreum vestiméntum). Et dicit eis: Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontífices, et ministri, clamábant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicent ei Pilátus: Accipite eum vos, et crucifigite: ego enim non invénio in eo cáusam. Respondérunt ei Judaei: Nos legem habémus, et secundum legem debet mori, quia Fílium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilátus hunc sermonem, magis tímuit. Et ingrüssus est prætórium iterum: et dixit ad Jesum: Unde es tu? Jesus autem respónsum non dedit ei. Dicent ergo ei Pilátus: Mihi non lóqueris? nescis, quia potestátem hábeo crucifigere te, et potestátem hábeo dimittere te? Respóndit Jesus: Non habéres potestátem adversum me ullam, nisi tibi datum esset désuper. Propterea qui me trádidit tibi, majus peccátum habet. Et exinde querébat Pilátus dimittere eum. Judaei autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amícus Cæ-

saris : omnis enim qui se regem facit, contradicet Cæsari. Pilatus autem eum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum : et sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebrâice autem Gábbatha. Erat autem Parascéve Paschæ, hora quasi sexta, et dicit Iudeis : Ecce rex vester. Illi autem clamabant : Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus : Regem vestrum crucifigam ? Responderunt Pontifices : Non habemus regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucigeretur. Suscepérunt autem Jesum, et eduxerunt. Et bâjulans sibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvâriæ, locum, hebrâice autem Gólgotha : ubi crucifixunt eum, et cum eo álios duos, hinc et hinc, médium autem Jesum. Scripsit autem et titulum Pilatus : et posuit super crucem. Erat autem scriptum : Jesus Nazarénus, Rex Judeórum. Hunc ergo titulum multi Judeórum legérunt : quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus : et erat scriptum hebrâice, græce, et latine. Dicabant ergo Pilato pontifices Judeórum : Noli scribere, Rex Judeórum : sed quia ipse dixit : Rex sum Judeórum. Respondebat Pilatus : Quod scripsi, serpsi. Mílités ergo cum crucifixissent eum, accepérunt vestimenta ejus (et fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) et tunicam. Erat autem túnica inconsútilis, désuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem : Non scindamus eam, sed sortiamur de illa eujus sit. Ut Scriptura impleretur, dicens : Partiti sunt vestimenta mea sibi : et in vestem meam misérunt sortem. Et mílités quidem haec fecerunt. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus, María Cléophe, et María Magdaléne. Cum vidisset ergo Jesus matrem, et discípulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ : Múlier, ecce filius tuus. Deinde dicit discípulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulo.

pulus in sua. Postea sciens Jesus, quia ómnia consummáta sunt, ut consummarétur Scriptúra, dixit : Sítio. Vas ergo erat pósitum acéto plenum. Illi autem spóngiam plenam acéto, hyssópo circumponéntes, obtulérunt ori ejus. Cum ergo accepíset Jesus acétum, dixit : Consummátum est. Et inclináto cápite trádedit spíritum. Judæi ergo (quóniam Paraseéve erat), ut non remanérent in cruce cörpera Sábbato, (erat enim magnus dies ille Sábati) rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur cōrum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mīlites : et primi quidem fregérunt crura, et altérius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura : sed unus mīlitum láncea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit : et verum est testimónium ejus. Et ille scit, quia vera dicit : ut et vos credátis. Facta sunt enim haec, ut Scriptúra impleréntur : Os non comminuétis ex eo. Et iterum alia Scriptúra dicit : Vidébunt, in quem transfixérunt. Post haec autem rogávit Pilátum Joseph ab Arimathaea (eo quod esset discípulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum), ut tolleret corpus Jesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénérat ad Jesum nocte primum, férens mixtúram myrrae, et aloes, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligávérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus : et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósitus erat. Ibi ergo propter Paraseéven Judæorum, quia juxta erat monuméntum, posuérunt Jesum.

Oratio ad Dominum Testam Christum de singulis insti-
tutis Passioinis eius diem�um morienti, vel ab aliis
litteris.

V. Adorámus te, Christe, et benedíce mus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemísti mun-
dum.

Iesus, qui pro redemptióne mundi voluísti nasci, cir-
cuméidi, a Judaeis reprobári, a Juda tradítore óseulo
tradi, víneulis alligári, sicut agnus ínnocens ad víctimam
duci, atque conspéctibus Annæ, Caiphæ, Piláti, et Heró-
dis indecénter offérri, a falsis téstibus accusári, flagéllis
et opprobriis vexári, sputis cónspui, spinis coronári,
cólaphis caedi, arúndine pércurti, fácie velári, véstibus
éxui, crucei clavis affigi, in cruce levári, inter latrónes
deputári, felle et acéto potári, et láncea vulnerári. Tu,
Dómine, per has sanctíssimas pénas tuas, quas ego in-
dígnus récolo, et per sanctam crucem et mortem tuam,
líbera me, (vel si alius dicit pro eo,) líbera fámulum
tuum N. a peñis inférmī, et perdúcere dignérīs, quo per-
duxísti latrónem tecum crucifixum. Qui cum Patre et
Spíritu Sancto vivis et regnas in sæcula sæculórum.
Amen.

Hoc præterea possunt sequentes Psalmi

Psalmus 117.

Confitémini Dómino, quóniam bonus : * quóniam in
sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israel, quóniam bonus : * quóniam in
sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : * quóniam in sæculum
misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum : * quóniam in
sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : * et exaudívit
me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor : * non timébo quod fáciat
mihi homo.

Dóminus mihi adjútor: * et ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in Dómino, * quam confidere
in homine:

Bonum est sperare in Dómino, * quam sperare in
principiis.

Omnis gentes circuiérunt me: * et in nomine Dó-
mini, quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdedérunt me: * et in nomine
Dómini, quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes, et exarsérunt sicut
ignis in spinis: * et in nomine Dómini, quia ultus sum
in eos.

Impulsus evérsus sum ut cáderem: * et Dóminus
suscepit me.

Fortitudo mea, et laus mea Dóminus: * et factus
est mihi in salutem.

Vox exultationis, et salutis * in tabernaculis ju-
storum.

Déxtera Dómini fecit virtutem: déxtera Dómini exal-
tavit me, * déxtera Dómini fecit virtutem.

Non móriar, sed vivam: * et narrábo ópera Dómini.

Castigans castigávit me Dóminus: * et morti non
trádidit me.

Aperite mihi portas justitiae; ingréssus in eas confité-
bor Dómino: * hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam exaudisti me: * et factus
es mihi in salutem.

Lápidem, quem reprobavérunt aedificantes, * hic fa-
ctus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud: * et est mirabile in
óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus: * exultémus,
et lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, o Dómine, bene prospé-
ráre: * benedictus qui venit in nómine Dómini.

Benediximus vobis de domo Dómini: * Deus Dómi-
nus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solémnum in condénsis, * usque
ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi: * Deus meus
es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudísti me: * et factus
es mihi in salútem.

Confitémini Dómino, quóniam bonus: * quóniam in
sæculum misericórdia ejus.

Glória Patri, etc.

Psalmus 118.

Béati immaculáti in via: * qui ámbulant in lege Dó-
mini.

Beáti qui serutántur testimónia ejus: * in toto corde
exquirunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus
ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ, * ad custodiéndas ju-
stificatiónes tuas.

Tune non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus
mandátis tuis.

Confitébor tibi in directiōne cordis: * in eo quod
dídici judicíia justítiae tuæ.

Justificatiónes tuas custódiam: * non me derelínquas
usquequáque.

In quo cárredit adolescéntior viam suam? * in cu-
stodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te: * ne repéllas me a
mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua: * ut non pœcēm tibi.

Benedíctus es, Dómine: * doce me justificatiōnes tuas.

In lábīis meis, * pronuntiávi ómnia judicīa oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercebō: * et considerábo vias tuas.

In justificatiōnibus tuis meditábor: * non oblívīscar sermónes tuos.

Glória Patri, etc.

Petríbue servo tuo, vivíscia me: * et custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos: * et considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non abscóndas a me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desiderare justificatiōnes tuas, * in omni tempore.

Incepásti supérbos: * maledícti, qui declínant a mandátis tuis.

Aufer a me opprórium, et contémptum: * quia testimónia tua exquisívi.

Etenim sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur: * servus autem tuus exercebátur in justificatiōnibus tuis.

Nam et testimónia tua meditatio mea est: * et consilium meum justificatiōnes tuae.

Adhæsit pavimento ánima mea: * vivíscia me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, et exaudísti me: * doce me justificatiōnes tuas.

Viam justificatiōnum tuórum ínstrue me: * et exercebō in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea p̄ae tadio : * confirma me
in verbis tuis.

Viam iniquitatis ámove a me : * et de lege tua mi-
serere mei.

Viam veritatis elégi : * judicia tua non sum oblītus.

Adhæsi testimoniis tuis, Dómine : * noli me con-
fundere.

Viam mandatōrum tuórum cueúrri, * cum dilatásti
cor meum. Glória Patri, etc.

Tres piae et n̄iles morientib⁹. Orationes, cum trib⁹.
Pater noster, et trib⁹ **Ave Maria**, in agone mortis ca-
etandie.

Primo dicitur. **Kyrie eléison.**

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster.

Ave Maria.

Oratio.

Ómine Jesu Christe, per tuam sanetíssiman agoníam,
et oratióne, qua orásti pro nobis in monte Oliveti,
quando factus est sudor tuus sicut guttae sanguinis decur-
réntis in terram : óbseero te, ut multitúdinem sudoris tui
sanguínei, quem prætimoris angústia copiosíssime pro no-
bis effudísti, offérre et osténdere dignéris Deo Patri omni-
potenti contra multitúdinem ómnium peccatórum hujus
fámuli tui ., et líbera eum in hæ hora mortis suæ ab
ómnibus pœnis et angústiis, quas pro peccátis suis se timet
meruisse. Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas
Deus in sæcula sæculórum. R. Amen.

Secundo dicitur. **Kyrie eléison.**

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster.

Ave Maria.

Oratio

Ómine Jesu Christe, qui pro nobis mori dignátus es in eruce, óbseero te, ut omnes amarítudines passiónum, et pœnárum tuárum, quas pro nobis míseris peccatóribus sustinuísti in eruce, máxime in illa hora, quando sanctíssima áнима tua egréssa est de sanctíssimo cōpore tuo, offérre et osténdere dignérис Deo Patri omnipoténti pro áнима hujus fámuli tui N., et líbera eum in hac hora mortis ab ómnibus pœnis et passióníbus, quas pro peccátis suis se timet meruísse. Qui cum Patre, et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula sæculórum. R. Amen.

Tertia dicitur. Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster.

Ave Maria.

Oratio

Ómine Jesu Christe, qui per os Prophétæ dixisti : In charitáte perpétua diléxi te, ídeo attráxi te míserans : óbseero te, ut cámdem charitátem tuam, quae te de cœlis in terram ad tolerándas ómnia passiónum tuárum amarítudines attráxit; offérre et osténdere dignérис Deo Patri omnipoténti pro áнима hujus fámuli tui N., et líbera eum ab ómnibus passióníbus et pœnis, quas pro peccátis suis timet se meruísse. Et salva ánimam ejus in hac hora exitus sui. Aperi ei jánuam vitæ, et fac eum gaudére cum Sanctis tuis in glória aetérna. Et tu, piissime Dómine Jesu Christe, qui redemísti nos pretiosíssimo Sánguine tuo, miserére ánimæ hujus fámuli tui, et eam introducere dignérис ad semper viréntia et amœna loca Paradísi, ut vivat tibi amóre indivisibili, qui a te, et ab éléctis tuis numquam separári potest. Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula sæculórum. R. Amen.

IN EXPIRATIONE



Cum vero tempus exprimendi institutum, tunc maxime ut omnibus circumstantibus, locis, genibus vehementer orationi instantium est. Ipse vero moriens, si potest, dicat, vel si non potest, assistens, sive sacerdos pro eo clam oce pronuntiet. **JESU, JESU, JESU;** Quod, et ea, quia secundum ad illas iures, si videbitur, etiam saepius repeat. **In manus tuas, Dómine, comméndospíritum meum.** **Dómine Jesu Christe, suscipe spíritum meum.** **Sancta María,** ora pro me. María mater grátiæ, mater misericórdiæ, tu me ab hoste prótege, et hora mortis suscipe.

Tunc ubi ager pia consuetudo, pulsetur campana Parochialis Ecclésie, aliquibus ietibus, ad significandum fidelibus in urbe, vel loco, aut extra in suburbanis existentibus, instantem mortem expirantis aegroti, ut pro eo Deum rogare possint.

Egressa anima de corpore, statim dicatur hoc:

R. Subveníte Sancti Dei, occúrrite Angeli Dómini,* Suscipiéntes ánimag ejus, * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

V. Suscípiat te Christus, qui vocávit te, et in sinum Abrahæ Angeli dedúcant te.

R. Suscipiéntes ánimag ejus, * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

V. Réquiem aëternam dona ei, Dómine, et lux perpétua lúceat ei. * Offeréntes eam in conspéctu Altíssimi.

Kyrie élison.

Christe élison.

Kyrie élison.

Pater noster.

- V. Et nos inducas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.
 V. Réquiem aeternam dona ei, Domine.
 R. Et lux perpetua luceat ei.
 V. A porta inferi.
 R. Erue, Domine, animam ejus.
 V. Requiescat in pace.
 R. Amen.
 V. Domine, exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

Oramus.

Tibi, Domine, commendamus animam famuli tui N., ut defunctus saeculo tibi vivat: et quae per fragilitatem humanae conversationis peccata commisit, tu veniam misericordissime pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Interim detur campana signum transitus definiti pro loci consuetudine, ut audientes pro ejus anima Deum precentur. Deinde corpus de more honeste compositum, loco decenti cum lamine collectur: ac parva crux super pectus inter manus definiti ponatur, ubi erux desit, manus in modum crucis componuntur, interdumque aspergatur aqua benedicta, et intonent donec efficiatur, qui adsunt, sive Sacerdotes, sive alii, orabunt pro defuncto.



DE EXEQÜIS



Sacras Ceremonias ac ritus, quibus ex antiquissima traditione, ut Summorum Pontificum institutis sancta mater Ecclesia Catholica in filiorum suorum exequiis uti solet, tamquam vera religionis mysteria, Christianaque pietatis signa, et fidelium mortuorum saluberrima suffragia, Parochi summo studio servare debent, atque eis retinere.

His itaque praestandis, qua pars est modestia ac devotione ita se habebunt, ut ad defunctorum salutem, simulque ad vivorum pietatem, quemadmodum vere sunt, non ad quaecumque ejusmodi ritus sancti instituti esse videantur.

Nullum corpus sepeliat, praesertim si mors repentina fiterit, nisi post debitum temporis intervallum, ut nullus omnino de morte relinquatur dubitandi locus.

Quod antiquissimi est instituti, illud, quantum fieri poterit, retineatur, ut Missa, praesente corpore defuneti, pro eo celebretur, antequam sepulturae tradatur.

Si quis die festo sit sepeliendus, Missa propria pro defunctis praesente corpore celebrari poterit; dum tamen Conventualis Missa, et Officia divina non impediuntur, magna que diei celebritas non obstet.

Caveant omnino Parochi, aliique Sacerdotes, ne sepulturę, vel exequiarum, seu anniversarii Mortuorum officii causa quidquam paciscantur, aut tamquam pretium exigant; sed iis eleemosynis contenti sint, quae aut probata consuetudine dari solent, aut Ordinariorum constituerit. Neque permittant, ut pallia, aut alia Altaris ornamenta, ad ornatum feretri, vel tumbe adhibeantur.

Cum autem antiquissimi ritus Ecclesiastici sit, cereos accensos in exequiis et funeribus deferre, caveant item, ne ejusmodi ritus omittantur, ac ne quid avare, aut indigne in eo committatur.

Panperes vero, quibus mortuis nihil, aut ita parum superest, ut propriis impensis humari non possint, gratis omnino sepeliantur; ac debita lumina suis impensis, si opus fuerit, adhibeant Sacerdotes, ad quos defuneti cura pertinet, vel aliqua pia Confraternitas, si fuerit, juxta loci consuetudinem.

Ubi viget antiqua consuetudo sepeliendi mortuos in Coemeteriis, retineatur; et ubi fieri potest, restituatur; at vero cui locus sepulturae dabitur in Ecclesia, humi tantum detur. Cadavera autem prope altaria non sepeliantur.

Sepulchra Sacerdotum, et Clericorum cujuscumque Ordinis, ubi fieri potest, a sepulchrī laicorum separata sint, ac decentiori loco sita; atque ita, ubi commodum fuerit, ut aliqua pro Sacerdotibus, alia pro inferiorioris Ordinis Ecclesiae ministris parata sint.

Sacerdos, aut ejusvis Ordinis Clericus defunctus, vestibus suis quotidianis communib[us] usque ad talarem vestem inclusive, tunc desuper sacro vestitu Sacerdotali, vel Clericali, quem Ordinis sui ratio depositit, indi debet. Sacerdos quidem super talarem vestem, amictu, alba, cingulo, manipulo, stola, et casula, seu planeta violacea sit induitus.

Diaconus vero induatur amictu, alba, cingulo, manipulo, stola super humerum sinistrum, que sub axilla dextera annexatur, et dalmatica violacea.

Subdiaconus autem amictu, alba, cingulo, manipulo, et tunicella.

Alii præterea inferiorum Ordinum Clerici superpelliceo supra vestem talarem ornari debent, singuli prædicti cum tonsura, ac biretis suis.

Nullum porro cadaver perpetuae sepulturae traditum, ex nulla ejusvis Ordinis Ecclesia asportari licet, nisi de licentia Ordinarii.

Laici cadaver, quolibet generis, aut dignitatis titulo prædictus ille fuerit, Clerici ne deferant, sed laici.

Corpora defunctorum in Ecclesia ponenda sunt pedibus versus altare majus; vel si conduntur in Oratoriis, aut Capellis, ponantur eum pedibus versis ad illarum altaria; quod etiam pro situ et loco fiat in sepulchro. Presbyteri vero habeant caput versus altare.

Ceterum nemo Christianus in communione fidelium defunctus, extra Ecclesiam, aut Cemeterium rite benedictum sepeliri debet; sed si necessitas cogat ex aliquo eventu aliquando ad tempus aliter fieri, euretur, ut quatenus fieri poterit, corpus in locum sacrum quamprimum transferatur; et interim semper crux capit[is] illius apponi debet, ad significandum illum in Christo quievisse.

QUIBUS NON LICET DARE ECCL[ESIA]STICAM SEPULTURAM.

Ignorare non debet Parochus, qui ab Ecclesiastica sepultura ipso jure sunt excludendi, ne quemquam ad illam contra sacerorum Canonum decreta unquam admittat.

Negatur igitur Ecclesiastica sepultura paganis, iudeis, et omnibus infidelibus; hereticis, et eorum fautoribus; apostatis a Christiana fide; schismaticis, et publicis excommunicatis majori excommunicatione; interdictis nominatim, et iis, qui sunt in loco interdicto, eo durante.

Seipso occidentibus ob desperationem, vel iracundiam, non tamen si ex insania id accidat, nisi ante mortem dederint signa penitentiae.

Morientibus in duello, etiamsi ante obitum dederint signa penitentiae.

Manifestis, et publicis peccatoribus, qui sine penitentia perierunt.

Iis de quibus publice constat, quod semel in anno non suscep-
perunt Sacraenta Confessionis, et Communionis in Pasccha, et
absque illo signo contritionis obierunt.

Infantibus mortuis absque Baptismo.

Ubi vero in predictis casibus dubium occurrerit, Ordinarins
consulatur.

EXEQUARUM ORDO

¹ Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, et alii, qui funeri interesse debent, et in Parochialem, vel in aliam Ecclesiam, juxta loci consuetudinem, ordine convenienter; ac datis certis campanae signis, eo modo et ritu, quo in eo loco fieri solet, Parochus induit superpelliceo, et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris, Clerico preferente cruce, et alio aquam benedictam, ad dominum defuncti una cum aliis procedit. Distribuuntur cerei, et accenduntur intorticia. Mox ordinatur Procescio, praecedentibus laicorum Confraternitatibus, si adsint; tum sequitur Clerus regularis, et secularis per ordinem: binique procedunt, praetexta cruce, devote Psalmos, ut infra, de cantantes, Parocco praecedente feretrum eum luminibns; inde secessunt alii funus comitantes, et pro defuncto Domini rite deprecantes sub silentio.

Parochus vero, antequam cadaver efferratur, illud aspergit aqua benedicta, mox dicit Antiphonam: *Si iniquitates, eum Psalm. De profundis clamari, etc.* in fine: *Requiem aeternam dona ei, Domine, et lux perpetua lucet ei,* repetit Antiphonam totam. *Si iniquitates, etc.*

Deinde cadaver effertur. Parochusque de domo procedens, statim gravi voce intonat Antiphonam: *Exultabunt Domino, et Cantores inchoant Psalm. Misereere, etc.* Clero alternativam prosequente; at si longitudo itineris postulaverit, dicuntur Psalmi Graduales. *Ad Dominum eum tribulare, etc.* vel alii Psalmi ex Officio Mortuorum, et in fine enjuslibet Psalmi dicitur: *Requiem aeternam dona ei, Domine, etc.* qui Psalmi devote, distinete, gravique voce recitari debent usque ad Ecclesiam.

Ad ingressum Ecclesie repetitur Antiphona: *Exultabunt Domino ossa humiliata.* Deinde Ecclesiam ingressi, cantant Responsorium, Cantore incipiente, et Clero alternativam respondente, videbilet.

The musical notation consists of two staves of Gregorian chant. The first staff begins with a soprano C-clef, a common time signature, and a key signature of one sharp. The second staff begins with a soprano C-clef, a common time signature, and a key signature of one sharp. The lyrics are written below the notes in a Gothic script.

Subveni - te Sancti De - i, occurr - rite An -
geli Dómini : Suscipientes ánimam e - jus :

Offerentes e- - am in conspéctu Al- - tissimi. Suscipiat
 te Christus, qui vocávit te: et in sinu Abrahæ
 Angeli dedú- - eant te. Suscipiéntes. V. Réquiem
 ætérnam dona e- i, Dó- mine. R. Et lux perpétua
 lú - ceat e- i. Offerentes.

Deposito feretro in medio Ecclesie, ita ut defuneti
 pedes, si fuerit laicus, sint versus Altare maius: si vero
 inerit Sacerdos, ut dictum est, caput sit versus ipsum
 Altare; et cœris accessis circa corpus, statim, nisi quid
 impedit, ut infra monetur, dicatur Officium Mortuo-
 rum, enim tribus Nocturnis, et Laudibus, ut, infra po-
 sunt; et duo ex Clero incipiunt absolute Invitatorium:
 Regem, cui ómnia vivunt, Veníte, adorémus; et repetitur
 ex Clero: Regem, cui ómnia vivunt, Veníte adorémus.

Psalmus. Veníte, exultémus, etc. et duplificantur An-
 thiphona.

Ad finem Officii post Antiphonam Cantus. Benedi-
 catus, etc. Ego sum resurréctio, etc. Pater no-
 ster. *Ad finem.*

- Et ne nos indúreas in tentaciónem.
- Sed líbera nos a malo.
- A porta inferi.
- Erue, Dómine, ániam ejus.

V. Requiéscat in pace.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam fámuli tui ab omni vínculo delictórum : ut in resurrectiónis glória inter Sanctos et Eléctos tuos resuscitátus respíret. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Dum in Officio dicuntur Laudes, Sacerdos cum mi- nistris paratur ad celebrandam Missam solemnum pre defuncto, si tempis congruens fuerit, ut in die deposi- tiones in Missali Roerino.

Finita Missa, Sacerdos, deposita censula, sen plante et in mitra, caput plavi de nigri coloris; et Subdiaconi recipit eum et eum ad ferentem, et secessit ad caput ducatur et cuncti, et dius imber nos Acolythus, sen- rotarier, et a coadiutoriis et idelicacensis; et omnes illi de Clericis vestimenta ordinata in gradu suo eum cande- scere, et eum de capite aperte ferre, tum secundum Sacer- domini officia ex assidue et diligente misstris, et facta re- verentia Altaria, et eum eum posse in eum pudes defunctu- remus clausibus et in sarcophagis. Acolythus uno e pro- spectu dicitur, et omnes qui in eis sunt, alioquin cum vasa aqua le- medietate et a personis, Acolythus unum Clerico tenet op- vibrant, et solite eum sequentem Chantum:

Non intres in judícium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómni- um peccatórum ei tribuátur remíssio. Non ergo eum, quæsumus, tua judiciális senténtia premat, quem tibi vera supplicatio fidei Christiánæ comméndat; sed grátia

tua illi succurrénte, mereátur evádere iudíciū ultiónis,
qui dum víveret, insignítus est signáculo Sanctæ Trini-
tatis : qui vivis et regnas in sæculórum.

R. Amen.

Deinde C'antore incipiente, Clerus circumstans cantat
sequens Responsorium :

ab
ria
Per

Libera me, Dó- mine, de morte atér- na, in di-e
illa treménda: Quando cœ- li movéndi sunt et ter- ra:
Dum vé- neris ju-di-ca- re sæ- culum
per ignem. V. Tremens factus sum ego, et ti- meo, dum
discússio vé- nerit, atque ventú-ra i- ra.
Repetitur. Quando cœ- li movéndi sunt, et ter- ra.
V. Dies illa, dies i- rae calamitatis et misé-ri-æ, dies ma-
guna et a-mára valde.
I. utur. Dum vé- neris judi-cá- re
sæ- culum per ignem.



V Réquiem aeternam dona e- is, Dó- mine, et lux perpétua
lúceat eis. Repetitur Libera me, Dó- mine.

Dum cantatur preludio Responsorium, Sacerdos Acolythus et Diacono ministrante, accipit incensum de naviculari, et ponit in thuribulum; et finito R. Cantori primo Choro dicit.

Et secundum Chorus
respondet:

Kyrie e-lé-i-son.	Christe e-lé-i-son.
Deinde omni- tutu dicitur	
	Kyrie e-lé-i-son.

Mox ostendit ostendit alii vocem Pater noster; et sacerdos dicunt deo tribus, et ipse facit accepit a Dia-
cono vel Acolythus aspersum messeque benedictio, et faci-
t anointationem crucis, que est ex adverso. Diaconus
deponit ostensorium, et tunc ex thuribulo playalis sub-
tulit, et cum ostensori translatum sacra-mentum
in ostensorio ostendit, ostendit deinde reversus a
thuribulo ministrante, accepit thuribulum
et ostendit ostendit alii corpus incen-
sus, et ostendit ostendit alii thuribulum, que a rege
deponit ostensorium. Acolythus servit ministro regi
ostensorio, et ostendit ostendit deinde.



V Et ne nos inducas in tentaciónem.



V Sed libera nos a malo.



V. A porta inferi.



R. Erue, Dómine, ániam ejus.



V. Requiéseat in pace. R. Amen.



V. Dómine, exaudi oratiómem meam.



R. Et clamor meus ad te véniat.



V. Dóminus vobíscum.



R. Et cum spíritu tuo.

O rémus.

O ratiō.

Eus, cui próprium est miseréri semper, et párcere : te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui , quam hódie de hoc sæculo migráre jussísti, ut non tradas eam in manus inimíci, neque oblíviscáris in finem, sed júbeas eam a sanctis Angelis súscipi, et ad pátriam Paradísi perdúci : ut quia in te sperávit, et crédidit, non pœnas inferni sustíneat, sed gáudia aetérna possídeat. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Si definitus fuerit Sacerdos, in Oratione dicatur : pro ánima fámuli tui Sacerdótis, quam, etc.

Finita Oratione, corpus defertur ad sepulchrum, si tunc defere idum sit : et dum portatur, Clerici cantant Antiphonam :



Cum autem pervenerit ad sepulchrum, si non est benedictum, Sacerdos illud benedicit, dicens hanc Orationem
Crémus.

Ieus, cuius miseratióne ánimæ fidélium requiéscunt,
hunc túmulum benedícere dignáre, eíque Angelum
tuum sanctum députa custódem : et quorum, quarúmque
córpora hic sepeliúntur, áimas eórum ab ómnibus ab-
sólve vínculis delictórum, ut in te semper cum Sanctis
tuis sine fine læténtrur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Dicta Oratione, Sacerdos aqua benedicta aspergat,
deinde incenset corpus defuncti, et tumulum.

Quod si corpus tunc ad sepulturam non deferatur
mihi so Responsorio: **In Paradísum, etc.** et benedictione
sepulchri, si jam est benedictum, prosequatur Officium, ut
infra: quod unquam omittitur; et intonet Antiphona:

Ubi dicitur Canticum
Benedictus. E u o u a e.

Ego sum.
Canticum
Antiphona: Ego sum resurréctio et vi-ta, qui eredit in



Postea Sacerdos dicit :

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Pater noster. Interim corpus uspergi

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta ínferi.

R. Erue, Dómine, áninam ejus.

V. Requiéscat in pace.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Hac, quæsumus Dómine, hanc cum servo tuo defúncto
(vel fámula tua defúncta) misericórdiam, ut factórum
suórum in pœnis non recípiat vicem, qui (vel quæ) tuam
in votis tenuit voluntátem : ut sicut hic eum (vel eam)
vera fides junxit fidélium turmis ; ita illie cum (vel eam)
tua miserátió sóciet angélicis choris. Per Christum Dó-
minum nostrum. R. Amen.

V. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine.

R. Et lux perpétua lúceat ei.

V. Requiéscat in pace.

R. Amen.

V. Anima ejus, et animæ omnium fidélium defunctorum per misericordiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Deinde a Sepultura in Ecclesiam, vel in Sacristiam revertentes, dicant sine cantu Antiphonam. **Si iniquitátes, enim Psalmus. De profundis, etc. Réquiem aetérnam, etc.**

Si vero ob rationabilem causam, videlicet ob temporis angustiam, vel aliorum funerum instantem necessitatem, praedictum Officium Mortuorum cum tribus Nocturnis, et Laudibus dici non potest : deposito in Ecclesia foret enim corpore, dicatur saltē priuum Nocturnum cum Laudibus, vel etiam sine Laudibus, maxime ubi ejusmodi viget consuetudo, incipiendo ab Invitatorio : **Regem, cui omnia vivunt, Venite adorémus.** Et postea omnia alia dicantur, quae supra prescripta sunt dicenda post Officium Mortuorum, et Missam.

Quod si etiam ea fuerit temporis angustia, vel alia urgens necessitas, ut unum Nocturnum cum Laudibus dici non possit, aliae praedictæ preces et suffragia numeram omittantur.

Missa vero, si hora fuerit congruens, ritu pro defunctis, ut in die obitus, presente corpore, non omittamur, nisi obstat magna diei solemnitas, aut aliqua necessitas aliter suadeat : et post Missam fiat, ut supra.



OFFICIIUM

DEFUNCTORUM

Dicitur in choro in die depositionis, et aliis diebus, pro temporis opportunitate, et Ecclesiarum consuetudine, ut supra dictum est. In die vero depositionis, et tertio, septimo, trigesimo, et anniversario, duplicantur Antiphona, et in fine Psalmorum dicitur: **Réquiem aeternam dona eis, Dómine. Et lux perpetua luceat eis;** et in fine si proximum fiat Officium.

AD VESPERAS

Absolute incipitur ab Antiphona.



Placébo Dómino. 2. E u o u a e.

Psalmus III.

{ iléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem orationis
meae.

Quia inclinávit áurem suam mihi : * et in diébus
meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * et pericula
inférni invenérunt me.

Tribulatióinem et dolórem invéni : * et nomen Dó-
mini invocávi.

O Dómine, líbera ániam meam : * misericors Dó-
minus, et justus, et Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus : * humiliátus sum, et
liberávit me.

Convrétere ánima mea in réquiem tuam : * quia Dó-
minus benefécit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte : * oculos meos
a lacrymis, pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in régione vivórum.

Réquiem aeternam, etc.



Antiphona

Placébo Dómino in régione vivórum.



Antiphona

Hei mihi. 2. Eu o u a e.

Psalmus 119.

A d Dóminum, cum tribulárer, clamávi : * et exaudivit me.

Dómine, líbera animam neam a lábiis iníquis, * et a língua dolósa.


Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi * ad línguam dolósam ?

Sagittæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : habitávi cum habitántibus Cedar : * multum ícola fuit anima mea.


Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Réquiem aeternam, etc.



Antiphona

Hei mihi Dómine: quia incolátus meus pro-



longatus est.



Antiphona

Dóminus. 2. Eu o u a e.

Psalmus 120.

I evávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cœlum et terram.

Non det in commotióinem pedem tuum : * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum : * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

Réquiem aetérnam, etc.

Antiphona. Dóminus custódit te ab omni malo: custódiat
ánimam tuam Dóminus.

Antiphona. Si iniquitátes. 7. E u o u a e.

Psalmus 129.

I) e profundiis clamávi ad te, Dómine : * Dómine, exaudi vocem meam :

Fiant áures tuæ intendéntes, * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine : * Dómine, quis sustinébit ?

Quia apud te propitiatio est : * et propter legem tuam sustinui te, Dómine.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus : * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem : * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia : * et copiosa apud eum redémptio.

Et ipse rédimet Israel, * ex ómnibus iniquitati- bus ejus.

Réquiem aetérnam, etc.

The musical notation consists of two staves. The first staff begins with a treble clef, a common time signature, and a key signature of one sharp. It contains a single measure of music with a soprano vocal line. The second staff begins with a bass clef, a common time signature, and a key signature of one sharp. It contains a single measure of music with a basso vocal line. The lyrics are: "Antiphona Si iniquitates observáveris Dómine: Dómine, quis sustinébit?"

Antiphona Opera. 2. E u o u a e.

1 salm. 137

(Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo : * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu angelórum psallam tibi : * adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

Super misericórdia tua, et veritáte tua : * quóniam magnificásti super omne, nomen sanctum tuum.

In quaeúmque die invocávero te, exáudi me : * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi, Dómine, omnes reges terræ : * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini : * quóniam magna est glória Dómini.

Quóniam excélsus Dóminus, et humília réspicit : * et alta a longe cognóscit.


Si ambulávero in médio tribulatióni, vivificábis me : *
et super iram inimicórum meórum extendísti manum
tuam, et salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : * Dómine, misericórdia
tua in sǽculum : ópera mánum tuárum ne despicias.

Réquiem aetérnam, etc.



Antiphona Opera mánum tuárum Dómine ne despicias.



V. Audívi vocem de cælo, dicéntem mihi.



R. Beáti mórtui, qui in Dómino moriúntur.



Antiphona Om- ne. 7. E u o u a e.

Canticum B. Marie Virginis.

Luc. Cap. I. v. 46.

Magníficat * ánima mea Dóminum :
Et exultávit spíritus meus * in Deo salutári meo.
Quia respéxit humilitátem ancíllæ sue : * ecce enim
ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : * et sanctum
nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies * ti-
mémentibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : * dispérsit supérbos
mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.
Esuriéntes implévit bonis : * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Réquiem ætérnain etc.

Om-ne quod dat mihi Pa-ter, ad me vé-niet:
et e-um qui venit ad me, non e-ji-ciam foras.

Pieces in manuscript form, mostly from the first half of the 15th century, including Litanies.

Pater noster. Te deo

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 145.

Lauda, ánima mea, Dóminum, laudábo Dóminum in vita mea : * psallam Deo meo quándiu fúero.

Nólite confidere in princípibus : * in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, et revertétur in terram suam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus, eujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus : * qui fecit cœlum et terram, mare, et ómnia, quæ in eis sunt.

Qui custódit veritátem in sæculum, facit judícium injúriam patiéntibus : * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos: * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit elíos : * Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ádyenas, pupíllum et víduam suscipiet : * et vias peccatórum dispérdet.

Regnabit Dóminus in sæcula, Deus tuus Sion, * in generatióne, et generatióne.

Réquiem aetérnam, etc.

V. A porta íferi.

R. Erue, Dómine, ániam ejus.

V. Requíeseat in pace.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

In die depositionis Défuntei

Oratio.

Absole, quæsumus Dómine, ániam fámuli tui
 (vel fámulæ tuæ), ut defunctus (vel defúneta) sæculo tibi vivat : et quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietatis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

V. et.

Eus, cui próprium est miseréri semper et párcere,
 te súpplices exorámus pro ánima fámuli tui
 (vel fámulæ tuæ), quam hódie de hoc sæculo migráre jussisti :
 ut non tradas eam in manus inimíci, neque obliviscáris
 in finem ; sed júbeas eam a sanctis ángelis súscipi, et
 ad pátriam Paradísi perdúci : ut qui in te sperávit et eré-
 didit, non pœnas inférrni sustíneat, sed gáudia aetérna
 possídeat. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

In die tertii, sepidi, et primo depositio- Di-
 plomi

Oratio.

Quæsumus Dómine, ut animæ fámuli tui
 (vel fámulæ tuæ), eujus depositionis diem tértium (vel sé-

ptimum, vel trigésimum) commemorámus, Sanctórum, atque Electórum tuórum largíri dignéris consórtium; et rorem misericórdiae tuae perénum infúndas. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

*Ex Alio diverso
Oratio.*

Ieus indulgentiarum Dómine, da ánimæ fámuli tui N. (vel fámuke tue) (ad animábus famulórum, famularúmque tuárum), ejus (vel quórum) anniversárium depositionis diem commemorámus, refrigérii sedem, quietis beatitudinem, et lúminis claráritatem. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Aliæ diversæ pro Defunctis.

Pro Summo Pontifice defuncto. *Oratio.*

Ieus qui inter summos Sacerdótes fámulum tuum N. ineffábili tua dispositióne connumerári voluísti: praesta, quæsumus, ut qui unigéniti Fílli tui vices in terris gerébat, Sanctórum tuórum Pontificum consórtio perpétuo aggregétur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Pro defuncto Episcopo. *Oratio.*

Ieus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum N. pontificáli fecísti dignitátē vigére: praesta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregéetur consórtio. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Pro defuncto Cardinale. *Oratio.*
fámulum tuum Episcopum Cardinálem pontificáli fecísti dignitátē, etc.

Pro defuncto Presbytero. *Oratio.*
fámulum tuum Presbyterum Cardinálem sacerdotáli, etc.

Pro Diacono autem Cardinali, dicatur Oratio. Inclina, Dómine, etc. que habetur paulo infra, hoc modo : ut ánimam fámuli tui N. Diaconi Cardinális, quam de hoe saeculo, etc.

R. Pro defuncto Sacerdote. Oratio.

Iesus, qui inter Apostólicos Sacerdótes, fámulum tuum N., sacerdotálí fecísti dignitáte vigére : præsta, quæsumus, ut eórum quoque perpétuo aggregétur consórto. Per Christum Dóminum nostrum.

Vel Oratio.

Præsta, quæsumus Dómine, ut anima fámuli tui N. Sacerdótis, quem in hoc saeculo commorántem, sacris munéribus decorásti, in cœlesti sede gloriósa semper exultet. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Pro uno defuncto. Oratio.

Inclina, Dómine, áurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam súpplices deprecámur : ut ánimam fámuli tui N., quam de hoe saeculo migráre jussisti, in pacis, ac lucis régione constítuas, et Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Pro una defuncta. Oratio.

Quæsumus, Dómine, pro tua pietate miserére ánimæ fámulæ tuæ N., et a contagiis mortalitatis exútam, in æternæ salvatiōnis partem resítue. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Pro defunctis fratribus, fratrebus, et beneficioribz.

Oratio.

Iesus, véniae largítor, et humánæ salútis amátor, quæsumus eleméntiam tuam, ut nostræ Congregatiōnis

fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc seculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente, eum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Pro Fidelibus defunctis, generalis Oratio.

Idem Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum, familiarumque tuorum remissionem cunctorum tribue peccatorum : ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur : Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R. Amen.

V. Requiem aeternam dona eis, Domine.

R. Et lux perpetua luceat eis :

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

AD MATUTINUM.



Regem, eni omnia vivunt, Venite adoramus.

Vocalis petri



Regem.

PSALMUS 94.



Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo salutari



nostro : praeoccupemus faciem ejus in confessione, et in



psalmis jubilemus e-i. Regem.


Quóniam Deus magnus Dóminus, et Rex magnus super omnes
 Deos: quóniam non repéllet Dominus plebem suam, quia in
 manu ejus sunt omnes fines terrae, et altitudo-montium
 ipse cónspicit. Venite.

Quóniam ipsis est mare, et ipse fecit illud, et áridam funda-
 vérunt manus ejus: venite adorémus, et procedámus ante
 Deum: plorémus eoram Dómino, qui fecit nos; quia ipse
 est Dóminus Deus noster: nos autem pópulus ejus, et oves
 pásueae ejus. Regem.



Hódie si vocem ejus audi-eritis, nolite obdurare corda vestra.
 sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in desér-
 to: ubi tentavérunt me patres vestri, probavérunt, et


 vidérunt ópera me-a. Venite.

 Quadragínta annis próximus fui generati-óni huic, et dixi:

 semper hi errant corde: ipsi vero non cognovérunt vias

 meas, quibus jurávi in ira mea, si introíbunt in réquiem

 meam. Regem.

 Réquiem atérmam dona e-is Dómine, et l' ex perpéta

 lúeac e-is. Venite.

 Regem eui ómnia vivunt, venité a-dorémus.

Antiphona Di- rige. 7. E u o u a e.

Psalmus 5.

Verba mea áuribus pérceipe, Dómine, * intéllige clá-
mórem meum.

Inténde voci oratiónis meae, * Rex meus et Deus
meus.

Quóniam ad te orábo : * Dómine, mane exáudies
vocem meam.

Mane astábo tibi, et vidébo : * quóniam non Deus
volens iniquitátem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus : * neque permanebunt injusti oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem : * perdes omnes, qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum, et dolosum abominabitur Dominus : * ego autem in multitudo misericordiae tuae.

Introibo in dominum tuam : * adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in justitia tua : * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas : * eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttis eorum, linguis suis dolose agitant : * iudica illos, Deus.

Decidant a cogitationibus suis, secundum multitudem impietatum eorum expelle eos, * quoniam irritaverunt te, Domine.

Et habitent omnes, qui sperant in te, * in aeternum exultabunt: et habitabis in eis.

Et gloriabitur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quoniam tu benedices justo.

Domine, ut sento bona voluntatis tuae * coronasti nos.

Réquiem aeternam, etc.



Vesperale. Dirige Domine Deus meus in conspectu tuo



vi-am meam.



Antiphona. Converte Domine, etc. Ego oru-n-a-e.

PSALMUS 5.

O Domine, ne in furore tuo arguas me, * neque in ira tua corricias me.

Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum: * sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: * sed tu Domine, usquequo?

Convertere, Domine, et eripe animam meam: * salvum me fac propter misericordiam tuam,

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes fectum meum: * lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discidite a me omnes qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam, * Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant, et conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur, et erubescant valde velociter.

Réquiem aeternam, etc.



Couvrirte Domine, et eripe animam meam:



Quoniam non est in morte. qui memor sit tui.



Ne quando. 8. Eu o u a e.

Psalmus 7.

Dómine, Deus mens, in te sperávi : * salvum me fac
ex ómnibus persequéntibus me, et líbera me.

Ne quando rápiat, ut leo, ánimam meam, * dum non
est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine Deus mens, si feci istud, * si est iníquitas in
mánibus meis :

Si réddidi retribuéntibus mihi mula, * décidam mé-
rito ab inimícis meis inánis.

Persequáatur inimicus ánimam meam, et comprehén-
dat, et concúleat in terra vitam meam, * et glóriam
meam in púlverem dedúcat.

Exúrge, Dómine, in ira tua : * et exaltáre in finibus
inimicórum meórum.

Et exúrge, Dómine Deus meus, in præcépto, quod
mandásti : * et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere : * Dóminus júdi-
cat pópolos.

Júdica me, Dómine, secúndum justítiam meam, * et
secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, *
serutans cérda et renes Deus.

Justum adjútórium meum a Dómino, * qui salvos
facit rectos corde.

Deus judex justus, fortis, et pátiens : * numquid
iráseatur per síngulos dies ?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : * ar-
cam suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis, * sagíttas suas ardénti-
bus effécit.

Ecce partúriit injustítiam : * concépit dolórem, et
péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, et effódit eum : * et íncidit in fóveam,
quam fecit.

Converténtur dolor ejus in caput ejus : * et in vérti-
cem ipsíus iniquitas ejus descéndet.

Confítébor Dómino secúndum justítiam ejus : * et psal-
lam nómini Dómini altíssimi.

Réquiem aetérnam, etc.

Antiphona. Ne quando rapiat ut leo animam meam, dum
non est qui redimát, neque qui salvum faciat.

A porta inferi.

R. Erue Dómine ánimas eórum.

Pater noster, totum secreto.

Lectiones leguntur sine Absolutione, Benedictione, et
Título.

Lectio I.

Job, 7, d.

Parce mihi, Dómine : nihil enim sunt dies mei. Quid
est homo, quia magnificas eum ? aut quid appónis
erga eum cor tuum ? Vísitas eum dilúculo, et súbito
probas illum. Usquequo non parcis mihi, nec dimittis
me, ut glútiam salívam meam ? Peccávi, quid fáciam
tibi, o custos hómínum ? Quare posuísti me contrárium
tibi, et factus sum mihi méipsi gravis ? Cur non tollis
peccátum meum, et quare non áufers iniquitátem meam ?
Ecce, nunc in púlvore dórmiam : et si mane me quæ-
sieris, non subsístam.

Lectiones terminantur sine Tu áutem, vel plus con-
fusionem.

The image shows musical notation for the Credo section of the Mass. It consists of four horizontal staves, each representing a single melodic line. The notation is in red ink on white paper. The first staff begins with a large 'R' and the text 'Credo quod Redemptor me...'. The second staff continues with 'vissimo di- e...'. The third staff begins with 'me... a...'. The fourth staff begins with 'um, V...'. The music is written in a traditional Gregorian chant style with square neumes on a four-line staff.

Lec 10: 11

, } (), } ().

Praedet ánimam meam vita mæ, dimittam adversum
me clóquim meum, loquar in amaritudine ánimæ
mæ. Dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi cur
me ita júdices. Numquid bonum tibi videtur, si calum-
niéris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et
consilium impiorum adjuves? Numquid oculi carnei tibi
sunt: aut sicut videt homo, et tu vidébis? Numquid
sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humána sunt
témpora, ut queras iniquitatem meam, et peccatum
meum scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim,
cum sit nemo, qui de manu tua possit erúdere.

R Qui Lizarum resuscitasti a monumento
dum: Tu es Deus noster domine doma re-quietum et lo-cum









IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



6"




Photographic
Sciences
Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

FREE
28
32
46
2.2
2.0
18

HT
01



Lectio III

Job. 10. b.

Manus tuae fecérunt me, et plasmavérunt me totum in circúitu : et sic repente præcípitas me ? Meménto, queso, quod sicut lutum féceris me, et in púlverem redúces me. Nonne sicut lae mulstisti me, et sicut cásuum me coagulásti ? Pelle et cárnis vestísti me : óssibus et nervis compégisti me : Vitam et misericórdiam tribuísti mihi, et visitátio tua custodívit spíritum meum.

R. Dó- - mine, quando vé- - neris judicá- - re terram,
ubi me abscón-dam a vul- - tu i- - rie tu- - a? Qui-a
peccávi ni- - mis in vi- - ta mes - - a.

V. Commissa me- - - a pavéso, et ante te e- - rubé-
seo: dum vénéreris judicáre, noli me condemná- - - re.
Qui-a peccávi.

V. Réquiem aetérnam dona e- - is Dó- - mine: et lux
perpétua lú- - ceat e- - - is. Qui-a peccávi.

IN SECUNDO NOCTURNO.



Psalmus 22

Dominus regit me, et nihil mihi déerit: * in loco páscae ibi me collocávit.

Super aquam refectionis educávit me: * ániam meam convértil.

Dedúxit me super sémitas justítiae, * propter nomen suum.

Nam et si ambulávero in médio umbrae mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua et báculus tuus: * ipsa me consoláta sunt.


Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsus eos, qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * et calix meus inébrians, quam præclárus est!

Et misericórdia tua subsequétur me * ómnibus diébus vitae meae.

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

Réquiem aetérnam, etc.



Psalmus 21

Ad te, Dómine, leváyi ániam meam: * Deus meus, in te confido, non erubescam.

Neque irrideant me inimici mei: * étenim univérsi qui sústinent te, non confundéntur.

Confundántur omnes iniqua agéntes * superváque.

Vias tuas, Dómine, démonstra mihi : * et sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, et doce me : * quia tu es Deus salvátor meus, et te sustinui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum Dómine, * et misericordiarum tuarum, que a sǽculo sunt.

Delicta juventutis meæ, * et ignorántias meas ne memineris.

Secundum misericordiam tuam meménto mei tu : * propter bonitatem tuam, Dómine.

Duleis et rectus Dóminus : * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in judicio : * docébit mites vias suas.

Univérsge viae Dómini, misericordia et véritas, * requiréntibus testaméntum ejus, et testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo : * multum est enim.

Quis est homo, qui timet Dóminum ? * legem státuit ei in via, quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur : * et semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum : * et testaméntum ipsius, ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum : * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, et miserére mei : * quia únicus et páuper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátae sunt : * de necessitatibus meis érue me.

Vide humilitatem meam, et labórem meum : * et dimítte univérsa delicta mea.

Réspice inimicos meos, quóniam multiplicáti sunt, *
et ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, et érue me : * non erubé-
scam, quóniam sperávi in te.

Innocéntes, et recti adhaéserunt mihi : * quia sustímu-
te.

Líbera, Deus, Israel, * ex ómnibus tribulatióibus suis.
Réquiem aetérnam, etc.

Antiphona. Delieta juventutis meae, et ignorantias meas
re memí- neris Dómine.

Antiphona Credo vidére. 4. Eu o n a e.

Psalmus 26.

Dóminus illuminatió mea, et salus mea, * quem ti-
mébo ?

Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidábo ?

Dum apprópiant super me nocéntes, * ut edant car-
nes meas :

Qui tríbulant me inimici mei, * ipsi infirmáti sunt, et
ecidérunt.

Si consístant advérsum me castra, * non timébit cor
meum.

Si exúrgat advérsum me prælium, * in hoc ego spe-
rábo.

Unam pétii a Dómino, hanc requíram, * ut inhábi-
tem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ :

Ut vídeam voluptátem Dómini, * et vísitem templum
eius.

Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo : * in die malórum protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me : * et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

Circuivi, et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiónis : * cantábo, et psalmum dicam Dómino.

Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te : * miserére mei, et exáudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea : * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avértas fáciem tuam a me : * ne declínes in ira a servo tuo.

Adjútor mens esto : * ne derelíngas me, neque despícas me, Deus salutáris meus.

Quóniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me : * Dóminus autem assúmpsit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua : * et dirige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me : * quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age : * et confortétur cor tuum, et sustine Dóminum.

Réquiem aetérnam, etc.



V. Antiphona Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.



V. Collocet eos Dóminus cum principibus.



R. Cum principibus populi sui.

Pater noster. (TOMUS SECRETO)

Lectio IV.

Job. 13. d.

Pespónde mihi : Quantas hábeo iniquitátes, et peccáta,
A scélera mea, et delícta osténde mihi. Cár fáciem tuam
abscóndis, et arbitráris me inimicū tuum ? Contra fó-
lium, quod vento rápitur, osténdis poténtiam tuam, et
stípulas siecam perséqueris : Scribis enim contra me amar-
ritúdines, et consúmere me vis peccátis adolescētiae meae.
Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sé-
mitas meas, et vestígia pedum meórum considerásti : Qui
quasi putrédo consuméndus sum, et quasi vestiméntum,
quod coméditur a tinea.

R. Memén- to - me-i, De - us, quia ventus est vi-ta
me- a. Nec aspi- ciat me visus hó- minis.
De profun- dis clamaví ad te, Dó- mine, Dó- mine
exáu- di vo- cem me- am. Nec aspi- ciat.

Lectio V.

Job. 14.


Iomo natus de muliere, brevi vivens témpore, replétur
multis misériis. Qui quasi flos egréditur, et conté-
ritur, et fugit velut umbra, et numquam in eódem statu
pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre
óculos tuos, et addúcere eum tecum in judícium ? Quis
potest fáccere mundum de immúndo conceptum sémine ?
nonne tu, qui solus es ? Breves dies hóminis sunt, núme-
rus ménṣium ejus apud te est : constituísti térmilos ejus,
qui præteriri non pótérunt. Recéde páululum ab eo, ut
quiéseat, donec optáta véniat, sicut mercenárii dies ejus.




Lectio VI.

Job, 14, c.

Quis mihi hoe tríbat, ut in inférno prótegas me, et
abscóndas me, donee pertrámseat furor tuus, et con-
stítuas mihi tempus, in quo recordérís mei? Pútasne
mórtuus homo rursum vivat? eunetis diébus, quibus
nunc mítito, expécto donee véniat immutátio mea. Vo-
cábis me, et ego respondébo tibi: óperi mánum tuárum
pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti,
sed parce peccátis meis.





IN TERTIO NOCTURNO.



Psalmus 39.

Expectans expectávi Dóminum, * et inténdit mihi.
Et exaudívit preces meas : * et edúxit me de laeu-
misériæ, et de luto faciis.

Et státuit super petram pedes meos : * et diréxit
gressus meos.

Et immísit in os meum cáanticum novum, * carmen
Deo nostro.

Vidébunt multi, et timébunt : * et sperábunt in Dó-
mino.

Beátus vir, cuius est nomen Dómini spes ejus : * et
non respéxit in vanitátes, et insánias falsas.

Multa fecísti tu, Dómine Deus meus, mirabília tua : *
et cogitatióibus tuis non est qui símilis sit tibi.

Annuntiávi, et locútus sum : * multiplicáti sunt super
númerum.

Sacrificium, et oblatiónem noluísti : * áures ántem
perfecisti mihi.

Holocáustum et pro peccáto non postulásti : * tune
dixi : Ecce vénio.

In cárpite libri scriptum est de me, ut fácerem volun-
tátem tuam : * Deus meus, vólui, et legem tuam in
médio cordis mei.

Annuntiávi justítiam tuam in ecclésia magna, * ece
lábia mea non prohibébo: Dómine, tu seisti.

Justítiam tuam non abscóndi in corde meo: * veritá-
tem tuam, et salutáre tuum dixi.

Non abscóndi misericórdiam tuam, et veritátem
tuam * a concilio multo.

Tu áutem, Dómine, ne longe fáciás miseratiónes tuas
a me: * misericórdia tua, et véritas tua semper suscep-
térunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non est
númerus: * comprehendérunt me iniquítátes meæ, et
non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ sunt super capíllos cápitíis mei: * et cor
meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: * Dómine,
ad adjuvándum me résponce.

Confundántur, et revereántur simul, qui querunt
ánimam meam, * ut áuerant eam.

Convertántur retrórsum, et revereántur, * qui volunt
mihi mala.

Ferant conféstim confusióne suam, * qui dicunt
mihi: Euge, éuge.

Exultent, et leténtur super te omnes queréntes te: *
et dicant semper: Magnificétur Dóminus: qui díligunt
salutáre tuum.

Ego áutem mendicus sum, et páuper: * Dóminus
sollícitus est mei.

Adjátor meus, et protéctor meus tu es: * Deus meus
ne tardáveris.

Réquiem aetérnam, etc.



Antiphona Compláceat tibi, Dómine, ut cípias me:



Dómine, ad adjuvándum me respice.



VIII. photia Sana Dómine. 2. E u o n a e.

Psalmus 40

Béatus, qui intellégit super egénum et páuperem : * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, et vivíscet eum, et beátum fáciat eum in terra : * et non tradat eum in áninam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus : * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi : Dómine, miserére mei : * sana áninam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi : * Quando moriétur, et períbit nomen ejus ?

Et si ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur, * cor ejus congregávit iniquitátem sibi.

Egrediebátur foras, * et loquebátur in idípsum.

Advérsum me susurrábant omnes inimíci mei : * advérsum me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum constituérunt advérsum me : * Numquid qui dormit, non adjíciet ut resúrgat ?

Etenim homo pacis meæ, in quo sperávi : * qui edébat panes meos, magnificávit super me supplatióinem.

Tu áutem, Dómine, miserére mei, et resúscita me : * et retríbuam eis.

In hoc cognóvi, quóniam voluísti me : * quóniam non gaudébit inimícus meus super me.

Me áutem propter innocéntiam suscepísti : * et confirmásti me in conspéctu tuo in aetérnum.

Benedictus Dóminus Deus Israel a saeculo, et usque
in saeculum : * fiat, fiat.

Réquiem aeternam, etc.



Antiphona Sana, Dómine, ánimam meam, quia peccávi tibi.



Antiphona Si-tivit. 2. Eu-o-u-a-e.

Psalmus 11

Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum : *
ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sítivit ánima mea ad Deum fortem, vivum : * quando
véniam, et apparébo ante fáciem Dei ?

Fuérunt mihi láerymiae meae panes die ac nocte : *
dum dícitur mihi quotídie : Ubi est Deus tuus ?

Hæc recordátus sum, et effúdi in me ánimam meam : *
quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis,
usque ad domum Dei :

In voce exultatiónis, et confessiónis : * sonus epulántis.

Quare tristis es, ánima mea ? * et quare contúrbas me ?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : * salu-
tare vultus mei, et Deus meus.

Ad méipsum ánima mea conturbáta est : * prop-
terea memor ero tui de terra Jordánis, et Hermóniim a
monte mólico.

Abyssus abyssum ívocat, * in voce cataractárum
tuárum.

Omnia excélsa tua, et fluctus tui * super me trans-
íerunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : * et
nocte cáanticum ejus.

Apud me oratio Deo vite meae, * dicam Deo: Suscepitor meus es,

Quare oblitus es mei? * et quare contristatus incedo,
cum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, * exprobraverunt mihi,
qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: Ubi est Deus tuus? * quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitabor illi: * salutare vultus mei, et Deus meus.

Réquiem aeternam, etc.

Antiphona Si tivit á-nima mea ad Deum vivum: quando
véniam, et apparébo ante fá-ciem Dómini?
Ne tradas béstiiás ánimas confiténtes tibi.
Et ánimas páuperum tuórum e oblíviscáris in finem.


Pater noster. *secreto*

Lectio VII

Iob. 17

Spíritus meus attenuabitur, dies mei breviabúntur, et
solum mihi súperest sepúlehrum. Non peccávi, et in
amaritudinibus morátur óculus meus. Líbera me, Dó-
mine, et pone me juxta te, et ejusvis manus pugnet
contra me. Dies mei transiérunt, cogitationes meae dissi-
pátae sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in

diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, et soror mea, vermis. Ubi est ergo nunc praestolatio mea, et patientiam meam quis considerat?



Lectio VIII

Job. 19.

Uelli uiae, consumptis carnibus, adhaesit os menum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos, amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, et carnis meis saturamini? Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? quis mihi det, ut exarantur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculptur in silice? Seio enim, quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra resurrectus sum: Et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non aliis: reposita est haec spes mea in sinu meo.

Dómine, secúndum actum me- um, no-lí me judi-
cá - re: nihil di- gnum in conspéctu tu-o e - - gi:
is - deo dé- precor majestátem tu - am, Ut tu Deus
dé - leas iniquitá - tem me - am. V. Am - - plius
lava me, Dómine, ab injustí - tia me - a, et a delicto
me- o mun- - - da me. Ut tu Deus.

Lectio IX.

Job, 10, 1

Quare de vulva eduxísti me? qui útinam consúmptus
essem, ne oculus me vidéret. Fuíssem, quasi non es-
sem, de útero translátus ad túmulum. Numquid non
páucitas diérum meórum finiétur brevi? dimítte ergo
me, ut plangam pánlulum dolórem meum: Antequam
vadam et non revértar, ad terram tenebrósam, et opér-
tam mortis calígine: Terram misériae et tenebrárum,
ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempitérnum
horror inhábitat.

Líbera me Dó- mine de viis inféni, qui portas aereas
confré- gisti, et visitá - sti infénum, et dedisti e- is lumen

ut vidé- rent te : Qui e-rant in pœ-nis te-nebrá- rum.
 V. Clamántes, et dicén-tes: Advenisti Iedémp-tor no- -
 ster. Qui erant. V. Ré - quiem aetérnam dona e- is Dó-
 mine: et lux perpé-tua lú- ceat e- - - is. Qui e-rant.

Aliud Responsorium, videlicet : **Líbera me Dómine,**
 quod dicitur in die Commemorationis omnium Defun-
 etorum, et quandocumque pro Defunctis dicuntur novem
 Lectiones, require fol. 153.

A D L A U D E S

Absolute incipitur.

Exultábunt Dómino. 1. Eu o n a e.

Psalm. 50. Miserére, ut supra pag. 100.

Antiphona. Exultábunt Dómino ossa humili - áta.

Antiphona. Exaudi Dómine. 8. Eu o u a e.

Psalmus 64.

Ye deect hymnus, Deus, in Sion: * et tibi reddétur
 votum in Jerúsalem.

Exaudi oratióñem meam : * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos : * et impietáibus nostris tu propitiáberis.

Beátus, quem elegísti, et assumpsísti : * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimus in bonis domus tuæ : * sanctum est templum tuum, mirábile in aequitáte.

Exaudi nos, Deus, salutáris noster, * spes ómnium finium terræ, et in mari longe.

Præparans montes in virtúte tua, accínetus poténtia : * qui contúrbas profundum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes : et timébunt qui hábitant términos a signis tuis : * éxitus matutíni, et vespere delectábis.

Visitásti terram, et inebriásti eam : * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis, parásti cibum illorum : * quóniam ita est præparatió ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus : * in stillicídiis ejus lætabitur gérminans.

Benedíces corónae anni benigitatis tuæ : * et campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscerunt speciosa deserti : * et exultatióne colles accingéntur.

Induti sunt aríetes óvium, et valles abundábunt frumento : * clamábunt, étenim hymnum dicent.

Réquiem aetérnam, etc.

The musical notation consists of three staves of square neumes on a four-line staff system. The first two staves are for the Antiphon 'Exaudi, Domine', with lyrics in Latin. The third staff is for the verse 'Me suscépit 8. Euonaae.', also in Latin. The music is set in common time with a key signature of one sharp (F#).

Antiphona. Exaudi, Domine, orati-ónem meam, ad te
omnis ca-ro véniat.

Antiphona. Me suscépit 8. Euonaae.

Psalmus 62.

Deus, Deus meus, * ad te de de luce vígilo.
Sitívit in te ánima mea, * quam multiplíciter tibi
caro mea.

In terra desérta, et ívia, et in aquósa : * sic in sancto
appárui tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : *
iábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea : * et in nómine tuo
levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : * et
lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Sí memor fui tui super stratum meum, in matutínis
medítábor in te : * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhæsit
ánima mea post te : * me suscépit déxtera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ániam meam, in-
troíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii,
partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui
jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Psalmus 66

Deus misereáatur nostri, et benedícat nobis : * illúminet
vultum suum super nos, et misereáatur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus
géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : * confiteántur tibi
pópuli omnes.

Læténtur, et exáltent gentes : * quóniam júdicas
pópulos in aequitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : confiteántur tibi pó-
puli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus : * et metuant eum omnes fines terræ.

Réquiem aeternam, etc.

Antiphona

Me suscé- pit déxtera tua, Dómine.

Antiphona

A porta ínferi. 2. Eu o u a e.

Canticum Ezechiele

Isaia 38,

Igo dixi : In dimídio diérum meórum * vadam ad portas ínferi.

Quæsívi resíduum annórum meórum : * dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium.

Non aspíciam hóminem ultra, * et habitatórem quiétis.

Generátió mea abláta est, et convolúta est a me, * quasi tabernáculum pastórum.

Præcísā est velut a texénte, vita mea : dum adhuc ordírer, succídit me : * de mane usque ad vésperam finies me.

Sperábam usque ad mane : * quasi leo sic contrívit ómnia ossa mea.

De mane usque ad vésperam finies me. * Sicut pul- lus hirúndinis sic clamábo, medítábor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei, * suspiciéntes in excélsum.

Dómine, vim pátior, respónde pro me. * Quid dicam, aut quid respondébit mihi, cum ipse fícerit ?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amarítudine ánimæ mee.

Dómine, si sic vívitur, et in tálibus vita spíritus mei : corrípies me, et vivificábis me. * Ecce in pace amarítudo mea amaríssima.

Tu autem eruisti animam meam, ut non periret: *
projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitetur tibi, neque mors laudabit te: * non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

Vivens vivens ipse confitetur tibi, sicut et ego hodie: * pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine, salvum me fac, * et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitae nostrae in domo Domini.

Réquiem aeternam, etc.



Antiphona. A porta inferi é- rue, Domine, ánimam meam.



Antiphona. Omnis spíritus. 7. E u o u a e.

Psalmus 148.

Laudate Dominum de celis: * laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli ejus: * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna: * laudate eum omnes stellae et lumen.

Laudate eum caeli celorum: * et aquae omnes, quae super celos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in aeternum, et in saeculum saeculi: * precepit posuit, et non praeteribit.

Laudate Dominum de terra: * dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacie, spiritus procellarum: * quae faciunt verbum ejus.

Montes, et omnes colles: * ligna fructífera, et omnes seedri.
Béstiae, et univérsa pécora : * serpentes, et vólueres
pennátæ.

Reges terræ, et omnes pôpuli : * príncipes, et omnes
júdices terræ.

Júvenes et vírgines, senes cum junióribus láudent no-
men Dómini : * quia exaltátum est nomen ejus solus.

Conféssio ejus super cœlum et terram : * et exaltávit
cornu pôpuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : * filiis Israel, pôpulo
appropinquánti sibi.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino canticum novum : * laus ejus in ec-
clésia sanctórum.

Lætétur Israel in eo, qui fecit eum : * et filii Sion
exultent in rege suo.

Láudent nomen ejus in choro : * in tympano, et psal-
tério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pôpulo suo : * et
exaltábit mansuétos in salútem.

Exultábunt sancti in glória : * lætabúntur in cubíli-
bus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture eórum : * et gládii ancí-
pitres in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindictam in natióibus : * incerepa-
tiónes in pôpulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus : * et nô-
biles eórum in mánieis férreis.

Ut fácient in eis judicium conscriptum : * glória hæc
est ómnibus Sanctis ejus.

Psalmus 150.

audáte Dóminum in sanctis ejus . * laudáte eum in
firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ : * laudáte eum in psaltréto et cíthara.

Laudáte eum in tympano et choro : * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cymbalis benesonántibus, laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis spíritus láudet Dóminum.

Réquiem ætérmam, etc.



V. Tunc omnia Omnis spíritus láudet Dóminum.



V. Audivi vocem de ecclio dicéntem mibi.



R. Beáti mórtui qui in Dómino moriúntur.



V. Antiphona Ego sum. 2. E u o u a e.

Canticum Zachariae. Lue. 1. g.

Benedictus Dóminus Deus Israel, * quia visitávit, et
B fecit redemptiōnem plebis suea.

Et eréxit cornu salútis nobis : * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a saeculo sunt, prophetárum ejus.

Salútem ex inimicis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testaménti sui sancti.

*Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * datum se nobis:*

Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, * serviāmus illi.

In sanctitate et justitia eorum ipso, * omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, prophéta Altissimi vocáberis : * praeibis enim ante f'iem Dómini paráre vias eius.

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus : * in remisiónem peccatórum eórum :

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitavit nos, oriens ex alto:

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent : * ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Réquiem æternam, etc.

Antiphona Ego sum resurreccio, et vi-ta: qui credit
in me, etiam si mortuus fuerit, vivet, et omnis qui vivit,
et credit in me, non morietur in aeternum.

Deinde, Pater noster.

Psalm. **De profundis**, fol. 161, cum Precibus et Orationibus Officio congruentibus, ut supra in Vesperis, fol. 165.

DE OFFICIO FACIENDO

In Exequiis, absente corpore defuncti, et in die tertio, septimo, trigesimo, et anniversario.

S

De faciendo sicut Exequie absente corpore, eo die, quod bene visum fuerit, in Ecclesia dicatur Officium Mortuorum.

rum, cum tribus Nocturnis, et Laudibus, et Antiphonis duplicatis, vel saltem unum Nocturnum cum tribus Læctionibus, et Laudibus, et Missis. Post Missam, Celebrans deponit manipulum et planetum, accipit pluviale nigri coloris, et precedéntibus Subdiacono cum Crucis, et Clero, et duobus Crociferariis cum luminaribus aëcensis, et duobus Acolythis, uno cum naviatula incensi et thuribulo, et altero cum vasculo Aquæ benedictæ et aspersorio, et hoc libro Rituali, accedit cum Diacono a sinistris ad locum tumuli, et ibi a circumstante Clero cantatur R. **Liberá me, Dómine, etc.** fol. 153. Interim ministratur incensum, benedicitur, et imponitur in thuribulum.

Postea dicitur : **Kyrie eléison, Christe eléison, Kyrie eléison.** Sacerdos dicit **Pater noster**, et dum secreto dicitur, accipit aspersorium, circuit tumulam, aspergit, deinde incensat eodem modo, ut dictum est.

Postea dicit :

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed líbera nos a malo.

V. A porta íferi.

R. Erue, Dómine, ániam ejus.

V. Requíescat in paece.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Absolve, quæsumus Dómine, ániam fúmuli tui N. (vel famulæ tue), ut defúnctus (vel defúncta) sæculo tibi vivat : et quæ per fragilitátem carnis humána conversatióne commísit, tu vénia misericordíssimæ pietatis absterge. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Vel dicitur Oratio, qua dicta est in Missa, vel alia
conveniens.

V. Réquiem aeternam dona ei, Domine.

R. Et lux perpetua luceat ei:

Requiescat in pace.

C. Amen.

Quicunq; fuerit pro pluribus defunctis, Oratio et V.
accedunt in plurali numero: si fuerit mulier, in genere
feminino: si fuerit Sacerdos, vel Episcopus, in Oratione
exprimitur nomen dignitatis, etc.

Prædictis autem Officiis ritu pro defunctis adiutis
cum Sacerdotibus et Clericis, quam secularibus et laicis,
servari debet in Officio sepulturae in die depositionis
ive in die tertio, septimo, trigesimo, et anniversario.

DE

EXEQÜES PARVULORUM



In primis admonendi sunt Parochi, ut juxta vetustam et laudiabilem Ecclesiarum consuetudinem, Parvulorum corpuscula non
sepeliantur in communib; et promiscuis cemeteriorum et Ecclesiarum sepulturis, sed ut pro illis in Parochialibus Ecclesiis, et
illarum cemeteriis, quatenus commode fieri potest, speciales et
separatos ab aliis loculos et sepulturis habeant, seu fieri enrent,
in quibus non sepeliantur, nisi qui baptizati fuerint infantes, vel
pueri, qui ante annos discretionis obierunt.

In funere Parvulorum ut plurimum non pulsantur campanæ:
quod si pulsentur, non sono lugubri, sed potius festivo pulsari
debent.

ORDO SEPELIENDI PARVULOS

¶ Um igitur infans, vel puer baptizatus defunctus fuerit ante usum
rationis, induitur juxta ætatem, et imponitur ei corona de floribus,
seu de herbis aromaticis et odoriferis, in signum integratatis car-
nis et virginitatis; et Parochus superpelliceo et stola alba indutus,

et alii de Clero, si adsint, precedente Cruce, que sine hastâ defertur, accedunt ad dominum defuncti, cum Clerico aspersorium deferente. Sacerdos aspergit corpus, deinde dicit :



Antiphona Sit nomen Domini. 2. Eu o u a e.

Psalmus 112.

Laudáte púeri Dóminum : * laudáte nomen Dómini.
Sit nomen Dómini benedictum : * ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, * et super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, * et humília réspicit in cœlo et in terra ?

Súscitans a terra ínopem, * et de stérecore érigens páuperem :


Ut collocet eum cum princípibus, * cum princípibus pôpuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiorum lætántem.

Glória Patri, etc.



Antiphona Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, et



us, que in saeculum.

Dum portatnr ad Ecclesiam, dicatur Psalmus Beati immaculati, etc. et si tempus superest dici potest Psalmus Laudáte Dóminum de cœlis fol. 194. cum aliis duabus sequentibus, et in fine Glória Patri etc.

Cum autem pervenerit ad Ecclesiam, dicatur :



Antiphona. Hie ac-cípiet. 6. E u o u a e.

Psalmus 23.

Dómini est terra, et plenitudo ejus : * orbis terrárum,
et univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flú-
mina preparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini ? * aut quis stabit
in loco sancto ejus ?

Innocens mánibus, et mundo corde, * qui non accépit
in vano ániam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictióinem a Dómino : * et miseri-
córdiam a Deo salutári suo.

Haec est generátió queréntium eum, * queréntium
fáciem Dei Jacob.

Attólite portas príncipes vestras, et elevámini por-
te æternáles : * et introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ ? * Dóminus fortis et potens,
Dóminus potens in prælio.

Attólite portas príncipes vestras, et elevámini portæ
æternáles, * et introíbit rex glóriæ.

Quis est iste rex glóriæ ? * Dóminus virtútum, ipse
est rex glóriæ.

Glória Patri, etc.



Antiphona. Hie ac-cípiet benedictióinem a Dómino, et



misericórdiam a Deo salutári suo, quia hæc est generáti-o



querentium Dominum.

Postea dicitur:

Kyrie eléison. **Christe eléison.** **Kyrie eléison.**

Pater noster, secreto. Interim corpus uspergit.

V. Et ne nos inducas in tentatióinem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Me ántem propter innocéntiam susepísti.

R. Et confirmásti me in conspéctu tuo in atérnum.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

(rémus.

Omnípotens, et mitíssime Dens, qui omnibus párvulis
renátis fonte Baptismatis, dum migrant a sæculo,
sine ullis eórum méritis, vitam illio largíris atérnum,
sicut animæ hujus párvuli hodie crédimus te fecisse:
fac nos, quæsumus Dómine, per intercessiónem beatæ
Mariae semper Vírginis, et omnium Sanetórum tuórum,
hic purificáti tibi mentibus famulári, et in Paradíso
cum beatis párvulis perémriter sociári. Per Christum
Dóminum nostrum. R. Amen.

Hunc portatur ad tumulum, et etiamsi tunc non poterit dicimus



Antiphona. Jú- venes, 4. E u o u a e.

Psalmus. Laudáte Dóminum de cœlis, etc. fol. 194
et in fine Glória Patri.



Antiphona. Jú- venes, et virgines, senes cum júnioribus



laudent nomen Domini.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. secreto.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Símité párvulos venire ad me.

R. Tálium est enim regnum cœlorum.

V. Dóminus vobísemu.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

(O)mnípotens, sempiterne Deus, sanctae puritatis amátor,
qui ánimam hujus párvuli ad cœlorum regnum hodie
misericorditer vocare dignátus es: dignéris etiam, Dómine,
ita nobiscum misericorditer ágere, ut méritis tuae sanctissimae Passiónis, et intercessione beatæ Maríæ semper Vírginis, et ómnium Sanctórum tuorum, in eódem regno nos
cum ómnibus Sanctis et Eléctis tuis semper fárias congaudere. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Deinde Sacerdos corpus aspergat aqua benedicta, et
thrifiet, similiter et tumulum: postea sepeliatur. Cum
intem a sepultura revertuntur in Ecclesiam, dicant:



Antiphona. Benedicite. 7. E n o n a e.

Canticum trium puerorum.

Dan. 3.

Benedicite ómnia ópera Dómini Dómino: * laudáte et
D superexaltáte eum in saecula.

Benedicite ángeli Dómini Dómino: * benedicite cœli
Dómino.

Benedicite áquae omnes, quæ super cœlos sunt, Dó-
mino: * benedicite omnes virtutes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino : * benedícite stellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber et ros Dómino : * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et æstus Dómino : * Benedícite frigus et æstus Dómino.

Benedícite rores et pruina Dómino : * benedícite gelu et frigus Dómino.

Benedícite gláeies et nives Dómino : * benedícite noctes et dies Dómino.

Benedícite lux et ténebrae Dómino : * benedícite fúl-gura et nubes Dómino.

Benedícat terra Dóminum : * láudet, et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes et colles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária et flú-mina Dómino.

Benedícite cete et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino : * benedícite omnes vólucres cœli Dómino.

Benedícite omnes béstiae et pécora Dómino : * benedícite filii hóminum Dómino.

Benedícat Israel Dóminum : * láudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus, et ánimæ justórum Dómino : * benedícite sancti et húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino : * lau-dáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem, et Fílium, cum sancto Spí-ritu : * laudémus, et superexaltémus eum in sæcula.

Benedictus es, Dómine, in firmaménto cœli : * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

Antiphona. Benedic- eite Dóminum omnes elécti ejus, agite
di-es hæ- tí- tiæ, et confi- té-mini illi.

Deinde ante altare dicit Sacerdos : Dóminus vobíscum.
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui miro órdine Angelórum ministéria, homi-
nūmque dispénsas : concéde propítius, ut a quibus
tibi ministrántibus in cœlo semper assístitur, ab his in
terra vita nostra muniátur. Per Christum Dóminum
nostrum.

R. Amen.



DE SACRAMENTO

MATRIMONII

~~227.~~

Parochus admonitus de aliquo Matrimonio in sua Parochia contrahendo, primum cognoseat ex his ad quos spectat, qui et quales sint, qui Matrimonium contrahere volunt: An inter eos sit aliquod canonum impedimentum: Utrum sponte, libere, et secundum honestatem Sacramenti velint contrahere: Utrum sint in aetate legitima, ut vir saltem quatuordecim, mulier duodecim annos compleverit; et uterque sciat rudimenta Fidei, cum ea deinde filios suos docere debeant.

Noverit ex probatis Auctoribus, que sint canonica impeditamenta Matrimonii contrahendi, et que contractum dirimant: et qui sint gradus consanguinitatis et affinitatis, et item cognationis spiritualis ex Baptismi, vel Confirmationis Sacramento contractae.

Habent in primis ipse bene cognita precepta illa omnia, que in Matrimonii rite conficiendis servari oportere, saecu. Canones, praeципue sancta Synodus Tridentina jussit; dabitque operam, ut illa in Parochia sua accurate, exacteque serventur.

Præsertim vero meminerit, Matrimonia inter raptorem et raptam, dum ipsa in raptoris potestate manserit, inita, nec non clandestina, et qualibet Matrimonia, que aliter quam presente Parochio, vel alio Sacerdote de ipsis Parochi, vel Ordinarii licentia, et duobus, vel tribus testibus contrahuntur, ex ipsis Concilii decreteris, irrita omnino, ac nulla esse.

Est autem proprius Parochus, qui adesse debet, is, in ejus Parochia Matrimonium celebratur, sive viri, sive mulieris.

Caveat praeterea Parochus, ne facile ad contrahendum Matrimonium admittat vagos ac peregrinos, et qui incertas habent sedes; neque item eos, qui anteac conjugati fuerunt, ut sunt uxores militum, vel captivorum, vel aliorum qui peregrinantur; nisi diligenter de iis omnibus facta inquisitione, et re ad Ordinarium delata, ab eoque habita ejusmodi Matrimonii celebrandi licentia, que gratis concedatur.

An equam Matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parochio continuis diebus festis in Ecclesia intra Missarum solemnia, ad ipsius Concilii prescriptum, publice denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum.

Si vero vir, et mulier Parochie sint diversæ, in utraque Parochia tiant denuntiationes: quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii procedatur. Sed si quid obstat, ultra Parochus non procedat.

Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio, vel alia rationabilis causa subsit, arbitrio Episcopi. Matrimonium malitiose impediri posse, si tot praecesserint denuntiationes, tunc de licentia Ordinarii, vel una tantum fiat denuntiatio, vel saltem Parocho, et duobus, vel tribus testibus praesentibus. Matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant: ut si aliqua subsunt impedimenta facilius detegantur, nisi aliter Ordinarius ipse expedire judicaverit.

Has autem denuntiationes Parochus facere non aggrediatur, nisi prius de utrinque contrahentis libero consensu sibi bene constet.

Si vero infra duos menses post factas denuntiationes Matrimonium non contrahatur, denuntiationes repetantur, nisi aliter Episcopo videatur.

Denuntiationes autem fiant hoc modo. Inter Missarum solemnia Parochus populum admoneat in hanc sententiam vulgari sermone.

Notum sit omnibus hic presentibus, quod X. vir, et X. mulier; ex tali, vel tali familia, et Parochia. Dvo adjurante, intendant inter se contrahere Matrimonium. Prōinde admonemus omnes et singulos, ut si quis uerit uliquid consanguinitatis, vel affinitatis, aut cognationis spiritualis, vel quodvis aliud impedimentum inter eos esse, quod Matrimonium contrahendum iurirem impedit, illud quinprimum nobis denuntiare debat; et hoc admonemus primo, si fuerit prima; vel secundo, si fuerit secunda; vel tertio, si fuerit tertia denuntiatio.

Moneat Parochus coniuges, ut ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, neque Matrimonium consummant, nec etiam simul maneant, nisi aliquibus propinquis, vel aliis praesentibus: que benedictio a nullo alio, quam ab ipso Parocho, seu ab alio Sacerdote de ipsis Parochi, vel Ordinarii licentia, fieri debet.

Caveat etiam Parochus, ne quando coniuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in secundis benedicat, sive mulier, sive etiam vir ad secundas nuptias transeat. Sed ubi ea viget consuetudo, ut si mulier nemini unquam nupserit, etiamsi vir aliam uxorem habuerit, nuptiae benedicantur, ea servanda est. Sed vidua nuptias non benedicat, etiamsi ejus vir numquam uxorem duxerit.

Matrimonium in Ecclesia maxime celebrari deceat: sed si domi celebratum fuerit praesente Parocho et testibus, sponsi veniant ad Ecclesiam benedictionem accepturi, et tunc caveat Sacerdos, ne iterum a contrahentibus consensum exigat: sed tantum benedictionem illis conferat, celebrata Missa, ut infra dicetur.

Admoneantur præterea coniuges, ut antequam contrahant, sua peccata diligenter confiteantur, et ad Ss. Eucharistiam, atque ad Matrimonii Sacramentum suscipiendum pie accedant, et quomodo in eo recte et christiane conversari debant, diligenter instruantur ex divina Scriptura, exemplo Tobiae et Sarah verbisque Angeli Raphaelis eos edocentis, quam sancte coniuges debeat convivere.

Postremo meminerint Parochi, a Dominica I. Adventus, usque


ad diem Epiphanie, et a Feria IV. Cinerum, usque ad Octavam Paschue inclusive, solemnitates nuptiarum prohibitas esse, ut nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivia. Matrimonium autem omni tempore contrahiri potest. Nuptiae vero quæ decet modestia et honestate fiant: sancta enim res est Matrimonium, sancteque tractandum.

Quæ omnia fere ex sacri Concilii Tridentini decretis desumpta, et item alia, quæ ibi de Matrimonio rite contrahendo præcipiuntur, sunt diligenter servanda.



RITUS CELEBRANDI

MATRIMONII SACRAMENTUM



Proochus igitur Matrimonium celebratur, publicatus, nibus factis tribus diebus Festis, ut dictum est, si nullum obstet legitimum impedimentum, in Ecclesia superpelliceo et alba stola induitus, adhibito uno saltem Clerico superpelliceo pariter induito, qui librum et vas Apmæ benedictie eum aspersorio deferat, coram tribus, aut duobus testibus, virum, et mulierem, quos parentum, vel propinquorum suorum praesentia coherestari debet, de consensu in Matrimonium interroget intrinque singillatum in hunc modum vulgari sermone. *

N. vis accipere N. hic praesentem in tuam legitimam uxorem juxta ritum sanctæ Matris Ecclésiae ?

Respondeat Sponsus : Volo.

Mox Sacerdos Sponsam interroget : N. vis accipere N. hic praesentem in tuum legitimum maritum juxta ritum sanctæ Matris Ecclésiae ?

Respondeat Sponsa : Volo.

* D. N., prenez-vous N., ici présente, pour votre femme et legitimate épouse, suivant le rite de notre Mère la Sainte Eglise ?
R. Oui, Monsieur.

D. N., prenez-vous N., ici présent, pour votre mari et legitimate époux, suivant le rite de notre Mère la Sainte Eglise ?
R. Oui, Monsieur.

Q. N., wilt thou take N., here present for thy lawful wife, according to the rite of our Holy Mother the Church ?
A. I will.

Q. N., wilt thou take N., here present for thy lawful husband, according to the rite of our Holy Mother the Church ?
A. I will.

Nec sufficit consensus unius, sed debet esse amborum et expressus aliquo signo sensibili, sive fiat per se, sive per procuratorem.

Mutuo igitur contrahentium consensu intellecto, Sacerdos iubet eos invicem jungere dexteram: dicens: **Ego conjúngo vos in matrimonium, In nōmine Patris,  et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.** Vnde alii magis verbis juncta receptum immiscujusque Provinciae ritum postea eos aspergit aqua benedicta.

Mox benedicit annulum.

Benedictio Annuli.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Benedic , Dómine, annulum hunc, quem nos in tuo nōmine benedícimus , ut quae eum gestáverit, fidelitátem íntegram suo sposo tenens, in pace, et voluntáte tua permáneat, atque in mútua charitáte semper vivat. Per Christum Dóminum, etc.

Deinde Sacerdos aspergit annulum aqua benedicta in modum Crucis: et sponsus acceptum annulum de manu Sacerdotis, imponit in dígito annulari sinistram matrem sponsæ. Sacerdote dicente: **In nōmine Patris,  et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.**

Mox subjugat. V. Confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerúsalem.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. secreto.

- V. Et ne nos inducas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.
 V. Salvoe fac servos tuos.
 R. Deus meus, sperantes in te.
 V. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.
 R. Et de Sion tuere eos.
 V. Esto eis, Dómine, turris fortitudinis.
 R. A fácie inimici.
 V. Dómine, exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Préspice, quæsumus Dómine, super hos famulos tuos, et institutis tuis, quibus propagatióne humáni géneris ordinásti, benignus assíste, ut qui te auctore junguntur, te auxiliante servéntur : Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

His expletis, si benedicendae sint iuptiae Parochus Missam pro Sponso et Sponsa, ut in Missali Romano, celebret servatis omnibus, que ibi præscribuntur.

Cæterum, si quæ Provinciae alijs, ultra prædictas, laudabilib[us] consuetudinibus et ceremoniis in celebrando Matrimonii Sacramento utantur, eas sancta Tridennia Synodus optat retineri.

Peractis omnibus, Parochus manu sua describat in libro Matrimoniorum nomina conjugum, et testium, et lib[er]tate formulam præscriptam : idque, licet alius Sacello, vel a se, vel ab Ordinario delegatus, Matrimonio celebraverit.

DE BENEDICTIONE

MULIERIS POST PARTUM



Si quia puerpera post partum, juxta piam ac laudabilem consuetudinem, ad Ecclesium venire voluerit, pro incolumitate sua Deo gratias aeterna petieritque a Sacerdote benedictionem ipse superpelliceo et stola alba indutus, cum ministro aspergillum deferente, ad fores Ecclesiae accedat, ubi illam foris ad limina gemiflectentem, et cinctelam accensam in manu tenentem, Aquam benedictam asperget, deinde dicit :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

Antiphona. Haec accipiet.

Psalmus. Domini est terra. fol. 201, et totus enim Gloria Patri, etc.

Et repetitur Antiphona : Haec accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo : quia haec est generatio querentium Dominum.

Deinde porrigit ad manum mulieris extreamam partem stolae, eam introduceit in Ecclesiam, dicens :

Ingradere in templum Dei, adora Filium beatae Mariæ Virginis, qui tibi fecunditatem tribuit proli.

Et ipsa ingressa, genitlectit coram Altari, et orat, gratias agens Deo de beneficiis sibi collatis ; et Sacerdos dicit :

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster secreto.

- V. Et ne nos inducas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.
 V. Salvam fac ancillam tuam, Dómine.
 R. Deus meus, sperántem in te.
 V. Mitte ei, Dómine, auxílium de Sancto.
 R. Et de Sion tuére eam.
 V. Nihil proficiat inimicus in ea.
 R. Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.
 V. Dómine, exaudi oratióne meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíitu tuo.

Oremus.

() Omnipotens, sempiterne Deus, qui per beatæ Mariæ Virginis partum fidélium pariéntium dolores in gáudium vertisti: respice propítius super hanc famulam tuam, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actiōne laetam accedéntem, et præsta: ut post hanc vitam ejusdem beatæ Mariæ méritis, et intercessiōne, ad aeternæ beatitudinis gaudia cum prole sua pervenire mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde illam aspergit iterum Aqna benedicta in modum erucis, dicens: Pax, et benedictio Dei omnipoténtis, Patris, ☧ et Fili, et Spíritus Sancti, descendat super te, et maneat semper. Amen.

BENEDICTIONIBUS

REGULE GENERALES

Noverit sacerdos, quarum rerum benedictiones ipsum, et que ad Episcopum suo iure pertinent, majoris dignitatis munera temere, aut imperite inquam usurpet propria auctoritate.

In omni benedictione extra Missam, Sacerdos sibi superpelliceo, et stola pro ratione temporis utatur, nisi aliter in Missali notetur.

Stando semper benedicat, et aperto capite.

In principio ejusque benedictionis dicat :

V. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**

R. Qui fecit cælum et terram.

V. **Dominus vobisum.**

R. Et cum spiritu tuo.


Deinde dicatur Oratio propria una, vel plures, proximo loco notatum fuerit. Postea rem aspergat Aqua benedicta, et ubi notatum fuerit, pariter incenset, nihil dicendo.

Cum Sacerdos aliquid benedicturus est, habeat ministerum cum vase Aquæ benedictæ et aspergillo, et eno hoc Rituali libro, seu Missali.

Caveat, ne benedictionis causa ponat aliquid indecorum super Altare, veluti esculenta; sed quod ejusmodi esponatur super mensam, commodo loco paratum.

ORDO AD FACIENDAM

AQUAM BENEDICTAM



Diebus Dominicis, et quandocumque opus fuerit, praeparato sale et aqua munda benedicenda in Ecclesia, vel Sacerstia, Sacerdos superpelliceo et stola violacea induitus, primo dicit :

V. Adjutórium nostrum in nomine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Deinde absolute incipit Exorcismum salis.

Exorcízo te creatúra salis, per Deum ☧ vivum, per
Eum ☧ verum, per Deum ☧ sanctum, per Deum,
 qui te per Eliséum Prophétam in aquam mitti jussit, ut
 sanarétur sterilitas aquæ : ut efficiáris sal exorcizátum in
 salútem credéntium : et sis ómnibus suméntibus te sáni-
 tas ánimæ et cérporis ; et effúgiat, atque discédat a loco,
 in quo aspérsum fúeris, omnis phantásia, et nequítia, vel
 versútia diabólicæ fraudis, omnísque spíritus immundus,
 adjurátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et
 mórtuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

Orémus.

Imménsam eleméntiam tuam, omnípotens æténe Deus,
 humíliter implorámus, ut hanc creatúram salis, quam
 in usum géneris humáni tribuísti, bene ☧ dícere, et sancti
 ☧ sicáre tua pietáte dignéris : ut sit ómnibus suménti-
 bus, salus mentis et cérporis : et quidquid ex eo tactum,
 vel respérsum fúerit, cáreat omni immunditia, omníque
 impugnatióne spirituális nequítiae. Per Dóminum.

Exorcismus aquæ, et dicitur absolute.

Exorcízo te creatúra aquæ, in nómine Dei Patris ☧
 omnipoténtis, in nómine Jesu ☧ Christi Fílli ejus

Dómini nostri, et in virtúte Spíritus **X** Sancti, ut fias
aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem ini-
mici; et ipsum inimícum eradicáre et explantáre válcas
cum ángelis suis apostáticis: per virtútem ejúsdem Dó-
mini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos
et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

() remus.

Deus qui ad salútem humáni géneris, máxima quaeque
Sacraménta in aquárum substántia condidísti: ad ésto
propítius invocatióibus nostris, et eleménto huie multí-
modis purificatióibus praeparáto, virtútem tuę bene **X**
dictiónis infúnde: ut creatúra tua mystériis tuis sérviens,
ad abigéndos dæmones, morbósque pelléndos diyínæ grá-
tiæ sumat efféctum, ut quidquid in dómibus, vel in locis
Fidélium, hæc unda respérserit, cáreat omni immundí-
tia, liberétur a noxa: non illie résídeat spíritus péstilens,
non áura corrúmpens: discédant omnes insídiæ laténtis
inimici; et si quid est, quod aut incolumitati habitán-
tium ínyidet, aut quiéti, aspersióne hujus aquæ effúgiat,
atque discédat: ut salúbitas per invocatiórem sancti tui
nóminis expetíta, ab ómnibus sit impugnatióibus de-
fénса. Per Dóminum nostrum.

Hic ter mittit sal in aquam in modum Crueis, dieculo
semel: Commíxtio salis et aquæ páriter fiat in nómine
Pa**X** tris, et Fí**X** lii, et Spíritus **X** Sancti. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

() remus.

Deus invictæ virtútis áuetor, et insuperabilis impérii
Rex, ac semper magníficus triumphátor: qui adverſe
dominatiónis vires réprimis, qui inimici rugiéntis sævitiam
súperas: qui hostíles nequítias poténter expúgnas: te, Dó-

mine, treméntes et súpplices deprecámur, ac pétimus, ut hanc creatúram salis et aquae dignánter aspícias, benígnus illústres, pietatis tuae rore sanctíssimes, ut ubique fúerit aspersa, per invocatiórem sancti tui Nominis, omnis infestatio immundi spíritus abigátur, terrórque venénoſi serpéntis procul pellátur, et præſentia sancti Spíritus nobis misericordiam tuam poscémib⁹, ubique adéſſe dignétur. Per Dóminum, in unitate ejusdem Spíritus, etc.

Post benedictionem Aquæ, Sacerdos Domini diebus ante quatuor incipiat Missam, aspergit Altare, deinde se, et ministros, ac populum, prout in Missali præscribitur.

Postea Christifideles possunt de ista Aqua benedicta in vaseulis suis accipere, et secum deferre ad aspergendo aegros, domos, agros, vineas, et alia, et ad eam habendam in cubiculis suis, ut ea quotidie et saepius aspergi possint.

BENEDICTIO CANDELARUM.

Extra diem Purificationis B. Mariae Virginis,

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Domine Iesu Christe, Fili Dei vivi, bénigne ✠ die candolas istas supplicationibus nostris : infunde eis, Domine, per virtutem sanctæ Crucis tue, benedictionem cœlestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti ; talèmque benedictionem signaculo sanctæ Crucis tue accipiant, ut quibuscumque locis accénsæ, sive positæ fuerint, discedant principes tenebrarum, et contremiscant, et fugiant pavidi eum omnibus ministris

suis ab habitatiōibus illis, nec praeſumant amplius inquietare, aut molestare serviētes tibi omnipotēti Deo. Qui vivis, et regnas in sācula sāculōrum. R. Amen.

P E N E D I C T I O D O M O R U M

In Sabbato Sancto Pascha.

Parochus, seu alius Sacerdos, superpelliceo et stola alba induitus, cum ministro deferente vas aquae ex benedictione Fontium ante perfusionem Chrismatis acceptae, visitat domos sue Parochiae, aspergens eas eadem Aqua benedicta.

Ingrediens donum dicit: **Pax huic dōmui, et ómnibus habitantibus in ea.**

Deinde aspergens loca praecipua domus, et eos qui habitant in ea, dicit Antiphonam: **Vidi aquam egrediētēm de templo a lātere dextro, allelūia:** et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, et dicent, allelūia, allelūia.

Psalm. **Confitēmini Dōmino, quóniam bonus: quóniam in sāculum misericórdia ejus.**

V. Glória Patri, etc.

Repetitur Antiphona. **Vidi aquam, etc.**

Deinde dicit, V. **Osténde nobis, Dōmine, misericórdiam tuam, allelūia.**

R. **Et salutare tuum da nobis, allelūia.**

V. **Dōmine, exaudi orationem meam.**

R. **Et clamor meus ad te véniat.**

V. **Dōminus vobiscum.**

R. **Et cum spíritu tuo.**

Orémus.

Exaudi nos, Dōmine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus: et sicut domos Hebræorum in éxitu de AĒgypto, agni sanguine linitas (quod Pascha nostrum, in quo im-

molátus est Christus, figurábat) ab Angelo percutiénte custodísti: ita míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

ALIA BENEDICTIO DOMORUM.

Alio tempore facienda cum aspersione aquæ benedictæ.

Parochus, sen alii Sacerdotes volentes aliquam particularem domum, vel generaliter domos Fidelium alio tempore infra annum aspergere Aquâ benedictâ, ingrediéntes domum, dicant: **Pax huic dómui, et ómnibus habitántibus in ea.**

Deinde loca aspergendo, dicant Antiphonam: **Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.**

Psalmus. Miserére mei, Deus, secúndum magnam misericórdiam tuam.

V. Gloria Patri, etc.

Et repetitur Antiphona. Aspérges me, etc.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et eum spíritu tuo.

Orémus.

Exáudi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et míttere dignéris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde asperget Aqua benedicta.

BENEDICTIO LOCI.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veneriat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Benedic , Domine, Deus omnipotens, locum istum
 (vel dominum istam) : ut sit in eo (vel in ea) sanitas,
 castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, et mansuetudo,
 plenitudo legis, et gratiarum actio Deo Patri, et
 Filio, et Spiritui Sancto ; et haec benedictio permaneat super
 hunc locum (vel super hanc domum) et super habitantes
 in eo (vel in ea) nunc et semper.

Fat apergat Aqua benedicta.

ALIA BENEDICTIO DOMUS NOVÆ.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Te Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus
 pro hæ domo, et habitatoribus ejus, ac rebus : ut
 eam bene  dicere, et sancti  fecire, ac bonis omnibus
 ampliare digneris : tribue eis, Domine, de rore celi
 abundantiæ, et de pinguedine terræ vitæ substantiæ,
 et desideria voti eorum ad effectum tuæ miseracionis per-
 ducas. Ad intravitum ergo nostrum bene  dicere, et
 sancti  fecire digneris hanc domum, sicut benedicere
 dignatus es domum Abraham, Isaac, et Jacob : et intra-

paríetes domus istiūs, Angeli tuae hinc inhábitent; eámque, et ejus habitatóres custódiant. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde aspergat Aqua benedicta.

BENEDICTIO THALAMI.

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Dénedic , Dómine, thálánum hunc: ut omnes habitantes in eo, in tua pace consístant, et in tua voluntáte permáneant, et senéscant, et multiplicéntur in longitúdinem diérum, et ad regna cœlorum pervéniant. Per Christum, etc.

Postea aspergat Thalamum Aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVÆ NAVIS.

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Dropitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, et bene  die navem istam déxtera tua sancta, et omnes qui in ea vehéntur, sicut dignátus es benedícere arcam Noe ambulántem in dilúvio: pórrige eis, Dómine, déxteram tuam, sicut porrexísti beáto Petro ambulánti super mare; et mitte sanctum Angelum tuum de cœlis, qui liberet, et custódiat eam semper a periculis univérsis, cum ómnibus que in ea erunt: et fábulos tuos, repúlsis adversitatibus, portu semper optábili, cursúque tran-

quillo tueáris, transactísque, ac recte perféctis negótiis
ómníbus, iteráto témpore ad própria cum omni gáudio
revocáre dignérí. Qui vivis, et regnas, etc. R. Amen.

Aspergat Navim Aqua benedicta.

BENEDICTIO COMMUNIS.

Super fruges, et vineas.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine, exaudi oratiónen meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et eum spíritu tuo.

Orémus.

(*O*) rámus pietátem tuam, omnípotens Deus, qui has pri-
mítias creatáræ tuae, quas áeris et plúviæ tempera-
mēto nutríre dignátus es, benedictiōnis tuæ imbre per-
fúndas, et fructus terræ tuæ usque ad maturitátem per-
dúcas. Tríbue quoque pôpulo tuo de tuis munéribus tibi
semper grátias ágere ; ut a fertilitáte terræ esuriéntium
ánimas bonis ómnibus affluéntibus répleas, et egénus et
páuper láudent nomen glóriæ tuæ. Per Christum Dó-
minum nostrum. R. Amen.

Aspergat illas Aqua benedicta.

BENEDICTIO PEREGRINORUM.

Ad loca sancta prodeuntium.

Peregrini ad loca sancta profecti, antequam disce-
dant, juxta veteris Ecclesiae institutum, debent acci-
pere patentes, seu commendatírias litteras a suo Ordinario,
seu Parocho. Quibus obtentis, et rebus suis dis-
positis, facta peccatorum suorum confessione, et audita
Missa, in qua dicitur Oratio pro Peregrinantibus, ss. Eu-

gótios
áudio
nen.

charistiam devote suscipiant. Expleta Missa, Sacerdos super eos genuflexos dicit sequentes preces.

Antiphona. In viam pacis.

Canticum. Benedictus. fol. 196. in fine Glória Patri.

Repetitur Antiphona. In viam pacis et prosperitatis dirigat vos omnípotens et misericors Dóminus; et Angelus Ráphael comitetur vobiscum in via, ut cum pacem, salutem, et gáudio revertamini ad propria.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster. secreto.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperantes in te.

V. Mitte eis, Dómine, anxílum de sancto.

R. Et de Sion tuere eos.

V. Esto eis, Dómine, turris fortitudinis.

R. A fácie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in eis.

R. Et filius iniquitatis non appónat nocére eis.

V. Benedictus Dóminus die quotidie.

R. Prósperum iter fáciat vobis Deus salutarium nostrorum.

V. Vias tuas, Dómine, démonstra nobis.

R. Et sémitas tuas édoce nos.

V. Utinam dirigántur viæ nostræ.

R. Ad custodiendas justificatiōnes tuas.

V. Erunt prava in dirécta.

R. Et áspera in vias planas.

V. Angelis suis Deus mandávit de te.

R. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

V. Dómine, exaudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, qui filios Israel per maris médium siccо vestígio
ire fecísti, quique tribus Magis iter ad te stella duce
pandísti: tríbue eis, quæsumus, iter prósperum, tempúss-
que tranquíllum: ut Angelo tuo sancto cómite, ad eum,
quo pergunt locum, ae dénum ad aetérnæ salútis portum
felíciter váleant perveníre.

Deus, qui Abraham píterum tuum de Ur Chaldeórum
edūctum, per omnes suea peregrinatiónis vias illæsum
custodísti: quæsumus, ut hos fámulos tuos custodíre
dignéris: esto eis, Dómine, in procínetu suffrágium, in
via solátium, in aestu umbráculum, in plúvia, et frígore
teguméntum, in lassitúdine véhiculum, in adversitaté
præsídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus: ut
te duce, quo tendunt, pròspere pervéniant, et dénum
incólumes ad própria revertántur.

Adésto, quæsumus Dómine, supplicatiónibus nostris,
A et viam famulórum tuórum in salútis tuae prosperitáte
dispónē: ut inter omnes viæ et vitæ hujus varie-
tátēs, tuo semper protegántur auxílio.

Praesta, quæsumus, omnípotens Deus: ut família tua
per viam salútis incédat, et beáti Joánnis Praecur-
soris hortaménta seetándo, ad eum, quem praedíxit,
secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum
Fílium tuum.

Exáudi, Dómine, preces nostras, et iter famulórum
tuórum propítius comitáre, atque misericórdiam
tuam, sicut, ubíque es, ita ubíque largíre, quátenus a
eunetis adversitatib⁹, tua opitulatióne defénsi, gratiárum tibi réferant actionem. Per Christum Dóminum
nostrum. R. Amen.

Pax et benedictio  Dei omnipoténtis Patris, et Filii, et Spíritus Sancti, descendat super vos, et maneat semper. Amen.

Deinde aspergantur Aqua benedicta.

Quod si unus fuerit peregrinatus, omnia dicantur in numero singulari : ac si Sacerdos ipse, qui benedicit, fuerit socius peregrinationis, dicat in persona prima numeri pluralis, quatenus congruere videbitur.

BENEDICTIO PEREGRINORUM.

Post redditum.

N. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Antiphona. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Psalmus 127.

*B*eatí omnes, qui timent Dominum : * qui ambulant in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis : * beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, * in latéribus domus tuæ.

Filii tui sicut novellæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, * qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion : * et videas bona Jerúsalem omnibus diébus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum, * pacem super Israel.

Glória Patri, etc.

Antiphona. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster.

- V. Et ne nos inducas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.
 V. Benedicти, qui vénient in nōmine Dómini.
 R. Benedicти vos a Dómino, qui fecit cœlum et terram.
 V. Réspice, Dómine, in servos tuos, et in ópera tua.
 R. Et dírige eos in viam mandatórum tuórum.
 V. Dómine, exaudi oratióne meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobiscum.
 R. Et cum spíritu tuo.

¶ Orémus.

Tangere, quæsumus Dómine, fámulis tuis indulgentiam placátus et pacem : ut páriter ab omnibus mundéntur offénsis, et secúra tibi mente desérviant.

Omnipotens sempitérne Deus, nostrórum téporum, vitæque dispósitor, fámulis tuis contínuæ tranquillitatis largíre subsídium : ut quos incólumes própriis labóribus reddidísti, tua fáciás protectiōne secúros.

Deus, humílium visitátor, qui nos fratérna dilectiōne consoláris : præténde societati nostræ grátiam tuam, ut per eos, in quibus hábitas, tuum in nobis sentiámus advéntum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, etc.

Deinde aspergantur Aqua benedicta a Sacerdote, dicente : Pax, et benedictio ☧ Dei omnipoténtis Patris, et Filii et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et maneat semper. Amen.



BENEDICTIONES

ESCUENTORUM, PRÆSERTIM IN PASCHA



BENEDICTIO AGNI PASCHALIS.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et eum spíritu tuo.

Orémus.

Ieus, qui per fámulum tuum Móysen, in liberatióne pôpuli tui de Agypto, agnum occídi jussísti in similitúdinem Dómini nostri Jesu Christi, et utrósque postes domórum de sângue ejúsdem agni perungí præcepísti : tu bene ☧ dícere, et sancti ☧ sicáre dignérís hanc creatúram carnis, quam nos fámuli tui ad láudem tuam súmere desiderámus, per resurrectiōnem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi : Qui tecum vivit, et regnat in sæcula sæculórum. R. Amen.

Et mox aspergat Aqua benedicta.

BENEDICTIO OVORUM.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et eum spíritu tuo.

Orémus.

Subvéniat, quæsumus Dómine, tuæ bene ☧ dietiōnis grátia, huic Ovórum creatúræ : ut eibus salúbris fiat fidélibus tuis, in tuárum gratiárum actiōne suméntibus, ob resurrectiōnem Dómini nostri Jesu Christi : Qui tecum vivit, et regnat in sæcula sæculórum. R. Amen.

Et aspergat Aqua benedicta.

BENEDICTION PANIS.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram,

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus,

Domine Iesu Christe, panis Angelorum, panis vivus
aeternae vitae, bene ✕ dicere dignare panem istum,
sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex
eo gustantes, inde corporis et animae percipient sanitatem.
Qui vivis, et regnas in seculorum.

R. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

ALIA BENEDICTION PANIS.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram,

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus,

Domine sancte, Pater omnipotens, aeternus Deus, be-
ne ✕ dicere digneris hunc panem tua sancta spiri-
tualli benedictione: ut sit omnibus sumentibus salus men-
tis et corporis; atque contra omnes morbos, et universas
inimicorum insidias tutamen. Per Dominum nostrum
Iesum Christum Filium tuum, panem vivum, qui de
celo descendit, et dat vitam et salutem mundo: et tecum
vivit, et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per
omnia secula seculorum.

R. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVORUM FRUCTUUM.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Benedic , Domine, hos novos fructus N., et praesta: ut qui ex eis in tuo sancto Nominis vescentur, corporis et animae salute potiantur. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Et aspergantur Aqua benedicta.

BENEDICTIO

Ad quodcumque comestibile.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Benedic , Domine, creaturam istam N., ut sit remedium salutare generi humano: et praesta per invocationem sancti Nomini tui, ut quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitatem, et animae tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Aspergi Aqua benedicta.

BENEDICTIO OLEI SIMPLICIS.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

Exorcismus.

Exorcizo te creatura olei per Deum Patrem  omnipotentem, qui fecit celum et terram, mare, et omnia,

quæ in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exércitus diáboli, et omnis incúrsus, omne phantásma sátanae eradicáre, et effugáre ab hac creatúra ólei, ut fiat ómnibus, qui eo usúri sunt, salus mentis et cónporis, in nōmine Dei Patris ☧ omnipoténtis, et Jesu ☧ Christi Fílli ejus Dómini nostri, et Spíritus ☧ Sancti Parácliti, et in charitáte ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sǽculum per ignem.

R. Amen.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, cui adstat exércitus Angelorum cum tremóre, quorum servítium spirituálē cognoscitur, dignáre respícere, benedí ☧ cere, et sancti ☧ fíciare hanc creatúram ólei, quam ex olivárum succo eduxísti, et ex eo infirmos infúngi mandásti, quátenus sanitáte percépta, tibi Deo vivo et vero grátiás ágerent; præsta, quæsumus, ut hi, qui hoc óleo, quod in tuo nōmine bene ☧ dícimus, usi fúerint, ab omni languóre, omníque infirmitáte, atque eunetis insídiis inimíci liberéntrur, et eunetæ adversitátes separéntur a plásmate tuo, quod pretiósó Sánguine Fílli tui redemísti, ut numquam laédátur a morsu antiqui serpéntis. Pereúmidem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sǽcula saceulórum.

Aspergat Oleum Aqua benedicta.



BENEDICTIONES

AB EPISCOPIS, VEL ALIIS FACULTATUM
HABENTIBUS FACENDAE.

BENEDICTIO

Sacerdotalium Indumentorum in genere.

V. Adjutórium nostrum in nómime Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíseum.

R. Et cum spíritu tuo.

Crémus.

() innipotens sempiterne Deus, qui per Móysen fámu-
lum tuum Pontificália et Sacerdotália, seu Levítica
vestiménta, ad expléndum in conspéctu tuo ministérium
córum, ad honórem et decórem Nóminis tui fieri decre-
vísti : adéstio propítius invocationibus nostris : et hæc in-
duménta Sacerdotália, désuper irrigánte grátia tua, ingénti
benedictióne per nostræ humilitatis servítium purifi-
cáre, bene ☩ dícre, et conse ☩ cráre dignérис : ut diví-
nis cùltibus et sacris mystériis apta et benedicta exístant :
his quoque saeris véstibus Pontífices, et Sacerdótes, seu
Levítæ tui indúti, ab ómnibus impulsiónibus, seu tenta-
tionibus malignórum spirítuum muníti et defénsi esse me-
reántur ; tuísque mystériis apte et condigne servíre et in-
hærére, atque in his tibi plácite et devóte perseveráre
tríbue. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Crémus.

Deus, invictæ virtútis triumphátor, et ómnium rerum
creátor ac sanctificátor : inténde propítius preces no-
stras : et hæc induménta Levíticæ, Sacerdotális, et Ponti-
fícialis glóriæ, ministris tuis fruénda tuo ore próprio be-

ne **X** dicere, sancti **X** sicáre, et conse**X** cráre dignéris : omnésque eis uténtes, tuis mystériis aptos, et tibi in eis devóte ac laudabíliter serviéntes, gratos efficere dignéris. Per Dóminum, etc.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui vestiménta Pontifici-
bus, Sacerdótibus, et Levítis in usum tabernáculi
föderis necessária Móysen fámulum tuum ágere jussísti,
eúmque spíritu sapiéntiae ad id peragéndum replevísti :
haec vestiménta in usum et cultum mystérii tui bene **X**
dicere, sancti **X** sicáre, et conse**X** cráre dignéris ; at-
que minístros Altáris tui, qui ea indúerint, septifórmis
Spíritus grátia dignánter repléri, atque castitatis stola,
beáta fárias cum bonórum fructu óperum, ministérii
congruéntis immortalitaté vestiri. Per Christum Dómi-
num nostrum. R. Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta Aqua benedicta

BENEDICTIO

Mapparum, siye Linteaminum Altaris.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Exaudi, Dómine, preces nostras : et haec linteámina
saci Altáris úsui præparáta, bene **X** dicere, et sancti **X** sicáre dignéris : Per Christum Dóminum nostrum.

Orémus.

Dómine Deus omnípotens, qui Móysen fámulum tuum,
ornaménta et linteámina fáceret per quadragínta dies
docuísti, quae étiam María téxuit, et fecit in usum mi-
nistérii, et tabernáculi föderis : bene **X** dicere, san-

etí ✕ sicáre, et conse ✕ cráre dignérís hæc línteámina ad tegéndum, involvendúmque Altáre gloriosíssimi, Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi : Qui tecum vivit, et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, etc. R. Amen.

Deinde aspergat Aqua Benedicta.

BENEDICTIO CORPORALIUM.

V. Adjutórium nostrum in nómíne Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

O rémus.

Clementíssime Dómine, eujus inenarrábilis est virtus,
cujus mystéria arcánis mirabílibus celebrántur: tríbue,
quæsumus, ut hoc línteámen tuæ propitiatiónis bene ✕
dictióne sanctificétur ad consecrándum super illud Corpus
et Sánguinem Dei, et Dómini nostri Jesu Christi Fílli tui:
Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus,
per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

O rémus.

() mniópotens sempítérne Deus, bene ✕ dícre, sa-
eti ✕ sicáre, et conse ✕ cráre dignérís línteámen
istud ad tegéndum, involvendúmque Corpus et Sánguinem
Dómini nostri Jesu Christi Fílli tui : Qui tecum vivit, et
regnat in unitáte, etc. R. Amen.

O rémus.

() mniópotens Deus, máníbus nostris opem tuæ benedi-
ctiōnis infúnde : ut per nostram bene ✕ dictiōnem
hoe línteámen sanctificétur, et Córporis ac Sánguinis Re-
demptoris nostri novum sudárium, Spíritus Sancti grá-
tia efficiátur. Per eúmdem Dóminum nostrum... in unitáte
ejusdem Spíritus Sancti, etc. R. Amen.

Et aspergat Aqua benedicta.

BENEDICTIO TABERNACULI

Seu Vaseuli pro sacrosancta Eucaristia
conservanda.

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Omnípotens, sempiterne Deus, majestátem tuam súp-
plices deprecámur, ut vaseulum hoc pro Cörpore
Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi in eo condéndo
fabricátum, bene ✠ dictiónis tuæ grátia dicáre dignérис.
Per eúndem Dóminum nostrum, etc.

R. Amen.

Deinde aspergit illud Aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVÆ CRUCIS.

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine, exaudi oratiórem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Rogámus te, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne
Deus : ut dignéris bene ✠ dicere hoc signum Cru-
cis tuæ, ut sit remédium salutáre géneri humáno ; sit so-
líditas fidei, profectus bonórum óperum, redemptio ani-
márum ; sit solámen, et protéctio, ac tutéla contra sæva
jacula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

DE BENEDICTIONIBUS

Alia Oratio ad idem.

Béne ✠ die, Dómine Jesu Christe, hanc Crucem tuam,
per quam eripuisti mundum a potestate daemonum,
et superasti passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in prævaricatione primi hominis per ligni viti sumptionem. Hic aspergit aqua benedicta. Sanctifieetur
hoc signum Crucis in nomine Patris ✠, et Filii ✠, et
Spíritus ✠ Sancti; ut orantes, inclinantésque se propter
Dóminum ante istam Crucem, invéniant corporis et
ánimae sanitatem. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Postea Sacerdos genuflexus ante Crucem devote adorat, et osculatur, ei idem faciunt quicunque voluerint.

BENEDICTIO

Imaginum Jesu Christi Domini nostri, Beatae Mariae
Virginis, et aliorum Sanctorum.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spíitu tuo.

¶ Rémus.

() Omnipotens sempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum imágines (sic! effigies) sculpi, aut pingi non reprobas, ut quóties illas oculis corporis intuémur, tóties eorum actus et sanctitatem ad imitandum memóriae oculis meditámur: hanc, quæsumus, imáginem (seu sculptúram) in honorem et memóriam unigénti Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi (vel beatissimæ Virginis Mariæ matris Dómini nostri Jesus Christi, vel beati Apóstoli tui, vel Mártyris, vel Confessoris, aut Pontificis, aut Virginis) adaptátam bene ✠ dicere, et sancti ✠ sicut dignérис:

et præsta, ut quicunque coram illa unigenitum Filiū tuum (vel beatissimam Vírginem, vel gloriōsum Apóstolum, sive Mártyrem, sive Confessórem, aut Vírginem) supplíciter cōlere et honorare studuerit, illius méritis et obténtu a te grātiam in præsénti, et aetérnam glóriam obtineat in futúrum. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Ultimo aspergat Aqua benedicta.

R I T U S

Benedicendi, et imponendi primarium lapidem
pro Ecclesia aedificanda,
servandus a Sacerdote facultatem habente ab Episcopo.



Ecclésiam ex Episcopi auctoritate tantum, iuxta saerorum Canonum decreta, aedificari fas est. Si vero Sacerdos ejus aedificationis primarium lapidem benedicendi potestatem habens, ejusmodi functionem peragat, hunc ritum servabit.

Pridie quam primarius lapis benedicatur, ligneam Crucem in loco, ubi debet esse Altare, ligat ipse, vel alius Sacerdos. Sequenti vero die lapis in Ecclesie fundatione ponendus, qui debet esse quadratus, et angularis, benedicatur hoc modo.

Sacerdos induens amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus et Clericis, sal et aquam benedicit, nisi prius in promptu habeat iam benedictam ordinaria benedictionem, ut supra 215.; et interim, dum cantatur a Clieciis Antiphona cum Psalmo sequenti, aspergit locum, ubi Crux posita est, cum Aqua benedicta.

Antiphona. Signum salutis pone, Dómine Jesu Christe, in loco isto : et non permittas introire ángelum percutiéntem.

Psalmus 83.

*Q*uam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum ! * concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, et caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum : * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua, Dómine virtútum : * Rex meus et Deus meus.

Beáti, qui hábitant in domo tua, Dómine : * in saecula sæculórum laudábunt te.

Beátus vir, cujus est aux illum abs te : * ascensiones in corde suo dispóstuit, in valle lacrymárum, in loco quem pósuit.

Etenim benedictiōnem dabit legislátor, ibunt de virtute in virtútem : * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exaudi oratiōnem meam : * áuribus pérceipe, Deus Jacob.

Protéctor noster áspice Deus : * et réspicie in fáciem Christi tui :

Quia mélior est dies una in átriis tuis, * super míllia.

Elégi abjectus esse in domo Dei mei : * magis quam habitare in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam, et veritátem díligit Deus : * grátiā et gloriā dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos, qui ámbulant in innocéntia : * Dómine virtútum, beátus homo, qui sperat in te.

Glória Patri, etc.

Finito Psalmo, Sacerdos versus ad locum per eum aspersum, dicit :

Orémus.

Dómine Deus, qui licet cœlo et terra non capiáris, domum tuam dignáris habére in terris, ubi nomen tuum júgiter invocétur : locum hunc, quæsumus, beátæ Mariæ semper Vírginis, et beáti N. nominando Sanctam vel Sanctam, in ejus honorem ac nomen fundabitur Ecclesia), omniúmque Sanctórum intercedéntibus méritis, sereno pietatis tuae intuito vísa, et per infusiónem grátiæ tuæ, ab omni inquinaménto purifica, purificatúmque consérva ; et qui dilécti tui David devotónem in filii sui Salomónis ópere complevísti, in hoc ópere desidéria nostra perficere dignérís, effugiántque omnes hinc nequítiae spíituáles. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, etc.

Postea stans benedict primarium lapidem, dicens :

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedictum.

R. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

V. Lápidem, quem reprobavérunt ædificantes.

R. Hie factus est in caput ánguli.

V. Tu es Petrus.

R. Et super hanc petram ædificábo Eclésiam meam.

V. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Saneto.

R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sœculórum. Amen.

Orémus.

Dómine Iesu Christe Fili Dei vivi, qui es verus omnípotens Deus, splendor, et imágó aëterni Patris, et vita aëterna : qui es lapis anguláris de monte sine máníbus abséissus, et immútabile fundaméntum : hunc lápidem collocándum in tuo nómine confirma ; et tu, qui es principio, et finis, in quo principio Deus Pater ab initio

euneta creávit, sis, quæsumus, príncipium, et incrémen-
tum, et consummatio ipsius opus, quod debet ad lau-
dem et glóriam tui nóminis inchoári. Qui cum Patre, et
Spíritu Sancto vivis, et regnas Deus, per ómnia sǽcula
sǽculórum. R. Amen.

Tunc aspergit lapidem ipsum Agnus benedicta, et ac-
cepto cultro, per singulas partes sculpit in eum signum
Crucis, dicens :

In nómine Patris , et Fílli , et Spíritus  Sancti.

R. Amen.

Quo factò dicit : Orémus.

Bénedic , Dómine, creatúram istam lápidis, et prä-
sta per invocatiónem sancti Nóminis tui : ut quicqm-
que ad hanc Ecclesiás aëdificándam pura mente auxílium
déderint, cörperis sanitátem, et ánime medélam percí-
piant. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Postea dicantur Litaniae ordinariae sine Orationibus in
fine positis : quibus dictis, parato clementio, et clementis-
tario assistente, Sacerdos inchoat, Clericis prosequen-
tibus, Antiphonam. Mane surgens Jacob, erigébat lápidem
in titulum : fundens óleum désuper, votum vovit Dó-
mino : Vere locus iste sanctus est, et ego nesciébam.

Psalmus 126

Nisi Dóminus aëdificáverit domum, * in vanum labo-
ravérunt qui aëdificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitátem, * frustra vigilat
qui custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere : * súrgite post-
quam sedéritis, qui manducáti panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum : * ecce hæréditas
Dómini, filii : merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu poténtis : * ita filii exeussórum.

Beatus vir, qui implévit desidérium suum ex ipsis : * non confundétur, cum loquétur inimicis suis in porta.

Glória Patri, etc.

Quo dicto, Sacerdos stans tangit, et ponit ipsum primárium lapidem in fundamento, dicens :

In fide Jesu Christi collocámus Lápídem istum primárium in hoc fundaménto, in nómine Pa~~tris~~^X, et Fí~~lii~~^X, et Spíritus~~Sancti~~^X Sancti, ut vígeat vera fides hic, et timor Dei, fráternaque diléctio ; et sit hic locus destinátus oratióni, et ad invocándum, et laudándum nomen ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus per ómnia sæculórum. R. Amen.

Interim clementarius locat ipsum lapidem eum caemento : postea Sacerdos spargit super ipsum lapidem Aquam benedictam, dicens :

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor : lavábis me, et super nivem dealbábor.

Psalmus Miserére mei, Deus, fol. 100, dicitur tunc eum Glória Patri.

Quo dicto, Sacerdos spargit Aquam benedictum per ómnia fundamenta, si sunt aperta ; si vero non sunt aperta, circuit aspergendo fundamenta Ecclesie designata. Et incipiens aspergere, inchoat Antiphonam, Clero prosequente.

Antiphona. O quam metuéndus est locus iste ! Vere non est hic álind, nisi domus Dei, et porta cœli.

Psalmus 86.

Fundaménta ejus in móntibus sanctis : * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * cívitatis Dei.

Memor ero Rahab et Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, et tyrus, et pòpulus Aethiòpum, *
hi fuérunt illie.

Numquid Sion dicet : Homo, et homo natus est in
ea : * et ipse fundávit eam Altíssimus ?

Dóminus narrábit in scriptáris populórum, et prín-
cipum : * horum, qui fuérunt in ea.

Sicut letántium ómnium * habitatio est in te.

Glória Patri, etc.

Antiphona. O quam metuéndus est locus iste ! Vere
non est hic aliud, nisi dominus Dei, et porta cœli.

Interim aspergendo procedit usque ad fundamenta
aperta, seu designata, et repetita Antiphona, stans di-
cit : Orémus.

Ministri : Flectámus génuia.

R. Leváte.

(O)mnípotens, et misericors Deus, qui Sacerdótibus tuis
tantam præ cæteris grátiam contulisti, ut quidquid
in tuo nòmine, digne, perfecteque ab eis ágitur, a te fieri
credátur: quæsumus imménsam cleméntiam tuam, ut quid-
quid modo visitatúri sumus, vísites : et quidquid benedi-
ctúri sumus, bene ☩ dicas : sitque ad nostræ humilitatis
introitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga daemonum,
Angeli pacis ingrèssus. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

(O)eus, qui ex ómnium cohabitatiōne Sanctórum ætérnum
Majestati tuæ condis habitaculum : da ædificatiōni
tuæ incremēnta cœlestia : ut quod te jubénte fundátur, te
larginente perficiátur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.



R I T U S

Benedicendi novum Ecclesium
— a Orationum publicarum
et ibi Sanctissimum Missarum Saceritatum oblationem.



Sanctos novum Ecclesiam de locis Episcoporum bene-
ficiis, et in eis divinis Sacerdotum Missarum celebra-
tibus, et providi illibet oportet, atque Sacerdos
Clericos, Clericorum subditos, et omnes Clericos media-
ritos Clericos deferentes eis nos preciosos, nimis prece-
ad primam Ecclesiam, vel Orationis juntur : qui si
capite a pectori conversis ad eam dicit absoluere Orationem
et unctiones nostras, quæsumus Dómine, aspirando prae-
veni, et adjuvando proséquere : ut cuncta nostra orá-
tio et operatio a te semper incípiat, et per te cœpta
finiatur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Oremus antea Antiphonam. Aspérges me, etc.
Clericos intermixto dicit Psalmorum. Miserére, etc. In-
Glória Patri.

Ecclesia secundum exordium Ecclesium (qua intus de-
bet esse vacua et nuda, et pariter Altaria nuda, excluso
poterbo dante subdita sit benedictio), et Sacerdos ac-
cepito aspergillum ex herba hyssopi, ad ejus dexteron se-
conversans, pariter Ecclesie in superiori parte, et in
fundamentis, cum Aquam benedictam pergit, dicens :

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor : lavá-
bis me, et super nivem dealbábor.

Reverst ad locum, inde Processo intumus levavit, —
petit Antiphonam Clerico, Sacerdos stans ut prius versus
Ecclesiam, dicit : Orémus.

Ministri. Flectámus génuá. R. Leváte.

Oratio.

Jómine Deus, qui licet cœlo et terra non capiáris, domum tamen dignáris habére in terris, ubi nomen tuum júgiter invocétur : locum hunc, quæsumus, beatae Maríæ semper Vírginis, et beati N., omniúmque Sanctórum intercedéntibus méritis, seréno pietatis tuae intítitu visita, et per infusiórem grátiae tuae ab omni inquinaménto puríscia, purificatúmque consérva ; et qui dilécti tui David devotiómem in filii sui Salomónis ópere complevísti, in hoc ópere desidéria nostra perficere dignérís, effugiántque omnes hinc nequítiae spirituáles. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit, et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Quia finita Oratione, omnes bini in Ecclesiā intrantes, ad Altare maius procedunt, Litanias decentantes.

Ubi dictum fuerit : Ut ómnibus fidélibus defunetis réquiem ætérnam donáre dignérís, Te rogámus, audi nos, surgit Sacerdos, et intelligibili voce dicit. Ut hanc Ecclesiā, et Altare ad honórem tunis, et nomen Sancti tui N., purgáre, et bene τ dícre dignérís, Te rogámus, audi nos.

Cum dicit, benedíere, nescimus cum benedicta Ecclesiā, et Altare : deinde, ut prius, genuflectit donec perficiuntur Litaniae, et Chantores prosequuntur :

Ut nos exaudíre dignérís, Te rogámus, audi nos.

Fili Dei, Te rogámus, audi nos.

Agnus Dei, qui tollis, etc.

Dicto ultimo, Kyrie eléison, Sacerdos stans, dicit. Orémus.

Ministri : Fleetámus génuæ.

Leváte.

Præveniat nos, quæsumus Dómine, misericórdia tua : et intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, voces nostras cleméntia tuæ propitiatiónis antícipet. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Tunc distans ab Altari congruenti spatio genuflexus, et se signans, dicit : Deus, in adjutórium meum inténde, et statim surgit, Clero respondénte : Dómine, ad adjuvandum me festína ; ipse vero stans dicit, Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto. Chorus respondet, Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum, Amen.

Postea Sacerdos dicit : Orémus.

Ministri : Flectámus génuá.

R. Leváte.

Oratio.

() nnipotens, et misericors Deus, qui Sacerdótilibus tuis tantam præ cæteris grátiam contulisti, ut quidquid in tuo nōmine digne, perfecteque ab eis ágitur, a te fieri credátur : quæsumus imménsam cleméntiam tuam, ut quidquid modo visitatúri sumus, vísites ; et quidquid benedictúri sumus, bene ☧ dicas : sitque ad nostræ humilitatis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga dæmonum, Angeli pacis ingréssus. Per Dóminum, etc.

His dictis, inchoauit Antiphonam. Benedic, Dómine, domum istam nōmini tuo aedificátam, cum tribus Psalmis sequentibus, videlicet.

Psalmus 119.

Ad Dóminum, cum tribulárer, clamávi : * et exaudívit me.

Dómine, líbera ánimag meam a lábiis iníquis, * et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguam dolósam.

Sagittæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.
Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est : habítávi eum habitántibus Cedar : * multum ícola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus : * cum loquébar illis, impugnábant me gratis.

Glória Patri, etc.

Psalmus 120.

L evávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum a Dómino, * qui fecit cœlum, et terram.

Non det in commotiónem pedem tuum : * neque dormítet, qui custódit te.

Eece non dormitábit, neque dórmiet, * qui custódit Israel.

Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te : * neque luna per noctem.

Dóminus custódit te ab omni malo : * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum : * ex hoc nunc et usque in sæculum.

Glória Patri, etc.

Psalmus 121.

I statutus sum in his, quæ dieta sunt mihi : * In domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Je-rúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas : * cuius participatio ejus in idípsum.

Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini : * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illie sedérunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

Rogáte quae ad pacem sunt Jerúsalem : * et abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua : * et abundántia in túribus tuis.

Propter fratres meos, et próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsívi bona tibi. Glória Patri, etc.

Antiphona. Bénedie, Dómine, domum istam nómini tuo ædificatam.

Interim aspergit interius parietes in parte superiori, et inferiori, inchoans aspersioñem a parte Evangelii, dicens : Aspérges me, etc. tum ad Altaro reversus, dicit : Orémus.

Ministri : Fleetámus génuá.

R. Leváte.

Ieus, qui loca nómini tuo dicánda sanctíficas, effunde super hanc oratiónis domum grátiam tuam : ut ab omnibus hie nomen tuum invocántibus auxílium tuæ misericordiae sentiátur. Per Dóminum.

R. Amen.

His peractis, dicitur Missa de tempore occurrere, vel de Soneto.

Ecclesia vero, quamvis a simplici Sacerdote, in supra, sit benedicta, ab Episcopo iamen conseruanda est.



R I T U S

Reconciliandi Ecclesiam violatam, si nondum
erat ab Episcopo consecrata.



Ecclésiae violatae reconciliatio per sacerdotem ab Episcopo delegatum fiat hoc modo. Altare Ecclesiae omnino mundatur, provideaturque, ut Ecclesia possit libere circumiri tam exterius, quam interius, si fieri potest. Paretur vasculum cum Aqua benedicta, et aspergillum de herba hyssopo factum. Sacerdos indutus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albo, adhibitis aliquot Sacerdotibus et Clericis, procedit ad primariam Ecclesiae portam, ubi stans, Antiphonam incipit, dicens. Clero prosequente: **Aspérge me, Dómine, hyssópo, et inundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.**

Psalmus. **Miserére etc.** totus cum **Glória Patri.** Quo statuto. Antiphona repetitur. Interim dum Antiphona, et Psalmus dicuntur. Sacerdos cum aqua benedicta aspergit in circuitu extrinsecus Ecclesiam, et Cemeterium, simul aspergendo alternatim ad parietes Ecclesiae, ac ad terram Cemeterii, præsertim ad loca contaminata. Quo facto, redit ad locum, ubi incepit aspergere, et stans dicit :

Orémus.

()mnípotens, et misericors Deus, qui Sacerdóribus tuis tantam præ cæteris gratiā contulisti, ut quidquid in tuo nōmine digne, perfecteque ab eis agitur, a te fieri credátur: quæsumus immēnsam clementiam tuam, ut quod modo visitatūri sumus, vísites, et quidquid benedictūri sumus, bene ☩ dicas: sitque ad nostræ humilitatis intróitum, Sanctórum tuórum méritis, fuga daemonum, Angeli pacis ingrüssus. Per Christum, etc. R. Amen.

Deinde Sacerdos incipit Litanias, et ingreditur Ecclesiam cum Clero, cantando eas : acceditque ante Altare missus, coram quo genuflectit : eumque dictum fecit : Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris.

P. Te rogamus, audi nos.

Sacerdos surgit, et clara voce dicit : Ut hanc Ecclesiam, et Altare hoc, ac Cemetarium purgare, et reconciliare digneris, Te rogamus, audi nos.

Quibus dictis, rursus genuflectit, et Litaniae perficiuntur. Quibus finitis, Sacerdos versus ad dictum Altare dicit : Oramus.

F. Ministri. Flectamus genua.

R. Levate.

¶ Praeveniat nos, quæsumus Domine, misericordia tua : et intercedentibus omnibus Sanctis tuis, voces nostras clementia tuae propitiatiōnis anticipet. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Deinde Sacerdos genuflectit ante Altare, et se signo Crucis muniens, clara voce dicit : Deus, in adjutorium meum intende. tum surgit, et Chorus, seu adstante Clericu respondet : Domine, ad adjuvandum me festina ; et Sacerdos stans, dicit : Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

Quod dicit Sacerdos iniecit, Clero prosequente, Antiphonam : Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, et fugiant, qui odierunt eum, a facie ejus.

¶ Psalms. 67.

In Ecclesiis benedicite Deo Domino, * de fontibus Israel.

Repetitur Antiphona.

Ibi Bénjamin adolescéntulus, * in mentis excéssu.

Repetitur Antiphona.

Príncipes Juda, duces eórum : * príncipes Zábulon,
príncipes Néphthali.

Repetitur Antiphona.

Manda, Deus, virtuti tuae : * confirma hoc, Deus,
quod operátus es in nobis.

Repetitur Antiphona.

A templo tuo in Jerúsalem, * tibi ófferent reges
múnera.

Repetitur Antiphona.

Increpa feras arúndinis, congregátiō taurórū in vaccis
populórum : * ut exclúdant eos, qui probáti sunt argénto.

Repetitur Antiphona.

Díssipa gentes, que bella volunt : vénient legáti ex
Egypto : * Aéthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Repetitur Antiphona.

Regna terræ, cantáte Deo : * psállite Dómino :

Repetitur Antiphona.

Psállite Deo, qui ascéndit super cælum cæli, * ad
Oriéntem.

Repetitur Antiphona.

Ecce dabit voici suæ voem virtútis, date glóriam
Deo super Israel, * magnificéntia ejus, et virtus ejus
in núbibus.

Repetitur Antiphona.

Mirábilis Deus in Sanctis suis, Deus Israel ipse dabit
virtútem et fortítudinem plebi sua, * benedictus Deus.

Et non dicitur Glória Patri, sed Antiphona repetitur.
Interim dum Antiphona et Psalmi predicti dicuntur, Sa-
cerdos circuít Ecclesiam intrinsecus aspergendo, aspergit
etiam speciáliter loca contumata. Quo facto stans in
Presbyterio versns ad Vitare, dicit:


Deus, qui in omni loco dominatiōnis tuae clemens et benignus purificātor assistis: exaudi nos, quæsumus, et concéde: ut in pôsterum inviolabilis hujus loci permaneat benedictio, et tui munéris beneficia, univérsitas fidélium, quæ súpplicat, percípere mercátur. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde dicitur Misa de die occurrenti.

Simplex Sacerdos intum ex privilegio Sedis Apostolice, potest Ecclesiam ab Episcopo conseratam reconsiliare, & tunc utatur ritu in Pontificali præscripto: procedatque indutus amictu, alba, cingulo, stola, et pluviali albi coloris, adhibitis secum aliis Presbyteris, et Clericis superpelliceis indutis cum Aquâ ab Episcopo ad hunc usum rite benedicta.

R I T U S .

Benedicendi novum Cœmeterium per Sacerdotem
ab Episcopo delegatum.



Pridie quam fiat benedictio, ponitur in medio Cœmeterii benedicendi lignea Crux, alta ad staturam hominis, et ante ipsam Crucem in terra sicutur paxillus tridens ligneus altus ad cubitum unum, aptus ad affigendum illi tres candelas.

Sequenti die mane Sacerdos in Sacristia paratus amictu, alba, cingulo, stola, ac pluviali albi coloris, adhibitis aliquot Sacerdotibus et Clericis indutis superpelliceis, qui deferant vasulum Aquæ benedictæ, aspergillum, et thuribulum cum incensi navicula, et hoc Rituallibro, et tribus candelis cereis, procedit ad Cœmeterium benedicendum, ante Crucem in medio positam, et affiguntur.

et accenduntur tres candelae super ligneum paxillum : et Sacerdos ante Crucem et candelas stans, discooperto capite, dicit :

Oremus.

Omnípotens Deus, qui es custos animarum, et tutela salutis, fides credentium : respice propitiatus ad nostræ servitutis officium, et ad introitum nostrum purgetur, bene ✠ dieatur, et sancti ✠ sicetur hoc Coemetérium, ut humana corpora hie post vitae cursum quiescentia, in magno judicii die simul cum felicibus animabus mereantur adipisci vitae perennis gaudia. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Mox ante ipsam Crucem omnes genibus flexis dicunt Litanias ordinarias, incipiente Cantore, ceteris respondentibus : et cum dictum fuerit : Ut omnibus fidelibus defunctis, etc. Te rogamus, audi nos. Sacerdos surgit, et clara voce dicit, producens dominum signum Crucis : Ut hoc Coemetérium purgare, et bene ✠ dicere digneris, Te rogamus, audi nos. Deinde Sacerdos, in priuis, genuflectit, et Litania perficiuntur.

Quibus finitis, surgunt omnes, et Sacerdos Crucem aspergit Aqua benedicta, dicens Antiphonam : Asperges me, Dómine, hyssopo, et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor.

Psalmus. Miserere. (fol. 100, ultima pagina) Benedic-tibus, cum Glória Patri. Quod fieri, repetitur Antiphona. Dm. dicitur Psalmus, Sacerdos currevit, et perambulat totum Coemetérium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique Aqua benedicta : qui fieri, radit ante Crucem, et ad ipsam respiciens, dicit :

Oremus.

Ieus, qui es totius orbis conditor, et humani generis Redemptor, cunctarumque creaturarum visibilium et

invisibilium perfectus dispository: te supplici voce, ac puro corde exposcimus; ut hoc Cemetarium, in quo famulorum, familiarumque tuarum corpora quiescere debent, post currícula hujus vitae labentia, purificare, bene dicere, et sancti sacrificare digneris: quique remissionem omnium peccatorum per tuam magnam misericordiam in te confidentibus praestitisti, corporibus quoque eorum in hoc Cemeterio quiescentibus, et tubam primi Archangeli expectantibus, consolacionem perpetuam largiter impetrare. Per Christum Dominum nostrum. R. Amen.

Tunc legit in summitate Crucis unum ex tribus candelis ardentibus, et alias duas similiter ardentes in duobus brachiiis ejusdem Crucis. Deinde incensat ipsam Crucem, et aspergens Aquam benedictam, reddit cum Ministris in sacristiam.

O R D O

Reconciliandi Cemeterium violatum
sive Ecclesia contignum suum
sive separatum, ubi Ecclesia non est polluta

Manu diei, quae facienda est reconciliatio. Sacerdos, si de Episcopo facultatem habet, adhibitis aliis Sacerdotiorum et Clericis iudicis superpellicieis, in sacristia, vel aliis aereis locis vestitus amictu, albæ cingulo, stola, et pluviali albo coloris, accedit ad medium Cemeterium. Tunc suscitato Aquam benedictam, et aspergillum detinente, et ab aliis super impetu genitilegit omni cum Ministris. Quodcumque omnes genitus flexis, dicunt Litanias. Et quibus omni dictum fuerit. **Ut omnibus fidelibus defunctis, etc. Te rogamus, audi nos.** Sacerdos surgi, et inde circa praecoruscis signo Crucis super Cemeterium

clara voce dicit : Ut hoc Cœmetérium recon*¶* ciliatre,
et sancti *¶* sicut digneris. R. Te rogámus, áudi nos.

Quibus dictis, ut prius genitflet*t*. Cant. libro L. 1. ad perficiéntibus, Quibus finis, surgent omnes, et Sancti, nee pto aspergillo eum Aquam benedicta, fidebunt Antiphona : Aspérges me, Dómine, hyssópo. Clero prosequente, et mundábor : lavábis me, et super nivem dealbábor.

Psal. Miserére, fol. 100, dicitur totus sine Glória Patri.

In fine repetitur Antiphona : Aspérges me, etc.

Dum haec dicuntur, Sacerdos circum totum Cœmetérium, incipiens ad ejus dexteram, aspergens ubique Aqua benedicta, præsertim in loco, ubi violatio commissa est. Quo peracto, reddit ad locum ubi Litaniæ dictæ fuerint, et ibi stans dicit : Orémus.

Et Ministri : Fleetámus génum. R. Leváte.

Dómine pie, qui agrum siguli prétio Sanguinis tui in sepultúram peregrinórum comparári volaisti, quæsumus dignánter reminiscere clementíssimi hujus mystérii tui. Tu es enim, Dómine, sigulus noster : tu quiétis nostræ ager : tu agri hujus prétium. Tu dedisti étiam, et suscepisti. Tu de prétio tui vivíscie Sanguinis nos requiéscere donásti. Tu ergo, Dómine, qui es offensiónis nostræ clementíssimus indúltor, expectantíssimus judicátor, judícií tui superabundantíssimus miserátor, judícium tuæ justíssimæ severitatis abséondens post miseratióne tuæ piæ redemptiōnis, adésto exauditor, et effector nostræ reconciliatiōnis : hocque Cœmetérium peregrinórum tuorum coeléstis pátriæ incolátum expectántium, benígnus puríscia et reconcilia ; et hie tumulatórum et tumulan-dórum córpora, de poténtia, et pietate tuæ resurrectiōnis ad glóriam incorruptiōnis non damnans, sed glorífi-cans resuscita. Qui ventúrus es judicáre vivos, et mórtuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

R I T U S

Absolvendi et benedicendi populos et agros
ex Apostolice Sedis iudicio.



Accepto diplomate Pontificio, constitutatur dies Domini Delegato, et populo commodior pro ejusdem diplomatis publicatione, et exhortatione.

Die constitutu[m] mare fini concio, qua doceatur populu[m] de contento in diplomate Pontificio, et de pra[dict]a ratione ex officio absolutione, et benedictionem. Eiusdem die etiam p[ro] Delegato pro remissione peccatorum. **Glória in excélsis**, cum unier Oratione.

Credo, et credimus compesi, qua finita, deponitur et thuram immunitur. Celebans pluviali violaceo, et cibis rosariis, uitram simplicem assumit; et omnibus genitivis ante Altare, cantentur Litaniae Sanctorum, et sis Preceibus et Orationibus nostris diei. (16)

Sedeat Delegatus, dictis tunculis, cooperto capite in sede sua parata super scabellu[m] Altaris, vel in sedi Episcopali, si est Episcopus, seu super faldistorio posito super dicto scabellu[m], cum duobus Ministris paratis more Diaconali et Subdiaconali sine manipulis, adstantibus hinc inde a lateribus omnibus de Clero; et alia voce aliquo legitur diploma, audiente populo, quo leeto, dicit Delegatus: **Deo grárias**.

Tunc nomine populi ille, qui ibi pro Diacono assistit, profunde inclinatus a sinistris Delegati facit Confessionem, et continet.

Confiteor Deo omnipotenti, beatae Marie semper Virgini,
beato Michaëli Archangelo, beato Joanni Baptiste, sanctis
Apóstolis Petro, et Paulo, omnibus Sanctis, et tibi Pater, quia
peccavi nimis cogitati-one, verbo, et opere : mea culpa, mea
culpa, mea ma-xima culpa. Ideo precor beatam Mariam semi-
per Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum
Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum, et Paulum,
omnes Sanctos, et te Pater, orare pro me ad Dóminum
Deum nostrum.

Qui finita, si est Episcopus, assumpto manto Episcopi
di in sinistra manu, et colla scena capite, exinde
incipit Psalmus. **Miserére eis, Iesu Christe, Glória Patri.** Et prosequitur cantus deus, **Deus misereáatur,**
ad. 1. 92. **Ie-ru-sa-lem, Glória Patri, et nomen eius, et honor eius, et glori-
tati eius. Populum, genitum suum, deus, et honor eius, et glori-
tati eius, et populum suum, et honor eius, et glori-
tati eius.**

Quibus finitis. Delegans manus dextera capite, facies
loque deposito, si est Episcopus, versus populum in i-
nibus junctis, dicit : **Kyrie eléison.**

Respondet Clerus : **Christe eléison. Kyrie eléison.**

Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus mens, sperantes in te.

V. Nihil proficiat inimicus in eis.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis.

V. Esto eis, Domine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus,

Deus, cui proprium est misereri semper, et parcere, suscipe deprecationem nostram: ut nos et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratione tuae pietatis clementer absolvat. Per Dominum nostrum Jesum Christum. R. Amen.

Deinde sedens Delegatus cooptato capite, et si est Episcopus, assumpto baculo, dicit :

Misereatur vestri, omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam aeternam.

R. Amen.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus. R. Amen.

Manique dextera super Populum genuflexum extensa, addit :

Auctoritate Dei omnipotentis, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, a Sanctissimo Domino nostro Papa N. mihi concessa, absolvo vos et omnes hujus loci, ab omni vincculo excommunicationis, suspencionis, inter-

dicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et penis, etiam in litteris die Cœna Dómini sólitis legi contentis per vos incurratis, quas modo ignoratis, juxta tenorem Pontificii diplomatici proxime lecti. Et restituo vos omnes communione, et unitati Fidélium, et sanctis Sacramentis Ecclesiae. In nomine Patris , et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

Si est Episcopus, facit ter signum Crucis.

Tunc Delegatus adiutus sedens, per se ipsam, vel alium firmioris vocis, inducit dies tres sigillatum pro jejunio, et decernet diem Dominicam sequentem, vel aliam arbitrio suo, pro Communione, Benedictione Agrorum, et Populi, et Indulgentia Plenaria.

Die constituta, Populus universus debet communicare, et hora competenti Delegatus cantabit Missam, quae est ad finem Missalis, sub titulo, pro quacumque necessitate, cum paramentis violaceis, sine Glória, cum unica Oratione, et Credo.

Et in fine Missæ Celebrans benedicit de more, et si est Episcopus, dat Indulgentias.

Finita missa, Delegatus, et duo Ministri assumunt paramenta alba, et si est Episcopus, mitram pretiosam : et genuflexis ante Altare eum universo Clero, et Populo cantantur Litaniae Sanctorum, repetito ter V. **Ut fructus terre dare, et conservare digneris, te rogamus, audi nos.**

Hilisque finitis, Delegatus statu detecto capite, manibus junctis dicit : **Pater noster**, secreto.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Et additur a Clero in unum

Psalmus 51

Benedixisti, Dómine, terram tuam : * avertisti captivitatem Jacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuae : * operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam : * avertisti ab ira indignationis tue.

Converte nos, Deus salutaris noster : * et averte iram tuam a nobis.

Numquid in aeternum irasceris nobis ? * aut extenis iram tuam a generatione in generationem ?

Deus, tu conuersus vivificabis nos : * et plebs tua laetabitur in te.

Ostende nobis, Dominus, misericordiam tuam : * et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus : * quoniam loqueretur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos, * et in eos, qui convertuntur ad cor.

Verumtamen prope timentes eum salutare ipsius : * ut inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi : * justitia, et pax osculatiae sunt.

Veritas de terra orta est : * et justitia de celo propexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem : * et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit : * et ponet in via gressus suos.

Gloria Patri, etc.

Quo finito, Delegatus dicit :

X. Benedic corona anni benicitatis tue.

R. Et campi tui replebuntur ubertate.

X. Oculi omnium in te sperant, Dominus.

R. Et tu das illis escam in tempore opportuno.

V. Dómine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobis est.

R. Et cum spiritu tuo.

— rémus.

Deus, refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiæ tuæ preciis, auctor ipse pietatis, et praesta: ut quod fideleriter petimus, efficaciter consequamur.

Deus, qui in omni loco dominatiois tuae clemens et benignus assistis: exaudi nos, quæsumus, et concede; ut in posterum inviolabilis hujus loci permaneat benedictio **XI**, et tui munieris beneficia, universitas haec Fidélium, que supplicat, percipere mereantur.

Dramus pietatem tuam, omnipotens Deus, ut fructus terræ, quos aeris et pluviae temperamento nutritur dignaris, benedictionis tuae imbre perfundas, et tribunas huic populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere: ut fertilitate terræ, esuriéntium animas bonis affluéntibus repleas, et egenus et pauper ludent nomen gloriæ tuae. Per Christum Dóminum nostrum.

Postea assumpto baculo, si est Episcopus, et coopto capite dicit delegatus: Benedictio Dei omnipotentis, Patris **XI**, et Filii, et Spíritus Sancti, super agros, et bona quæcumque loci hujus plena descendat, et maneat semper. Amen.

Si est Episcopus, facit ten signum Crucis.

Deinde accepto de manu dignioris de Clero. Aquæ benedictio uspensorio aspergit versus quatuor mundi partes, dicens sine cantu, et sine Psalmo Antiphonam: Asperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealabor.

Pro benedictione Populi, operto capite, manibus junctis, dicit: Pater noster.

- V. Et ne nos inducas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.
 V. Salvos fac servos tuos.
 R. Deus meus, sperantes in te.
 V. Non secundum peccata nostra facias nobis.
 R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
 V. Mitte nobis, Domine, auxilium de sancto.
 R. Et de Sion tuere nos.
 V. Domine, exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

Crémus.

Drotector in te sperantium, Deus, exaudi preces populi tui, et praesta: ut veniat super nos speratae a te benedictionis beatitas, et pietatis tuae muneribus jupiter perfruamur. Per Dominum nostrum.

Tunc Diaconus cantat alta vocem. **H**umiliate vos ad Apostolicam benedictionem, et Delegatus suus operito capite, et si est Episcopus, baculum sinistra tenens manu, benedic semel, et si est Episcopus, ter, dicens:

Auctoritate Dei omnipotentis, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et Sanctissimi Domini nostri Papae N^{ost} benedico vos, et omnes hujus loci: In nomine Patris ~~et~~, et Filii, et Spiritus Sancti.

Delegatus cantat hymnus **T**e Deum, inchoatus a Delegato, quo finit, Delegatus cantat Orationem pro gratia in actione.

Gratio.

Deus, cuius misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus: piissime majestati tue pro collatis donis gratias agimus tuam semper clementiam exorantes; ut qui petentibus postulata concedis,

eosdem non déserens, ad præmia futura dispónas. Per
Dóminum nostrum Iesum Christum.

Canticos quidam Benedicámus Dómino.

R. Deo gráias.

METHODUS

Indictionis præmittemus Pontificale. Benedictionem statim dibus super populum celebrant: Ritu quo in servandus a Regularibus, cuiusvis. Sede. In iussu modi facilius indulta est, vel indulgebunt.



Admonetur Populus de Indulgentia a Sede Apostolica concessa, de preceptis operibus pro eae fuerit ienda, de die, quo visitanda est dignitas Ecclesiarum horum digne, qua dabitur Pontificis Benedicere. De quinque quatenus opus sit opera scholis Impresum et consueta locis pulm affix sicut in die.

Post primi statuti die, in his Pontificis ad hoc missa convenerit, alta voce legintur Apostolicum Interrogatorum Decreta, quibus Indulgentia contreditur, in eum potestate Benedictionem Apostolicam super Populum effundendi, ut de delegatione audiencib; constet, et concursum ex latrone sermone in vulgariter accommodata Populi intelligentiam converso promittentur: Populus ad suam a lesum detestationem in pio, breviisque motu exponit, post quod Sacra idola nullis circumstantiis, a

superpellico induitus, in a Ritu quo per eam datur, statim agitur de Benedictionibus, que ex parte Missarum, Presbyteris permittuntur, ante Altare genuflexus, sequentibus verbis Dei open imploret.

V. Adjutorium nostrum in nōmine Dómini

R. Qui fecit cœlum et terram.

- V. Dómine, exáudi oratióne meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíitu tuo.
 Domine stans sequentem recítet Orationem.
 orémus.

Omnípotens et misericors Deus, da nobis auxílium de
 sancto, et vota populi hujus in humilitate cordis vé-
 niam peccatórum poscēntis, tuámque benedictiōnem prae-
 stolantis et grātiam, clemēter exáudi : déxteram tuam
 super eum benígnus exténde, ac plenitúdinem divīnae be-
 nedictiōnis effúnde, qua bonis omnībus cumulátus, felici-
 tatem et vitam consequátur aetérnam. Per Christum
 Dóminum nostrum. R. Amen.

Pest enim ad cornū Epistole aeedat, ut in Acti-
 bus Iesue Mediokmensis par. 1. *Benedicet in Ecclesia, ad*
Altare, stans in cornū Epistola : et stans in cornū Epi-
 stola, non tam hoc est, tripli signo Crucis, sed una
 benedictione, unico videlicet signo Crucis, benedicat,
 proferens alta voce huc verba :

Benedicat vos omnípotens Dens ☩ Pater, et Filius,
 et Spíritus Sanctus. R. Amen.

R I T U S

Benedictionis Apostolice in articulo mortis
 a Sacerdotibus ad id delegatis impertiendis.



Benedictio in Articulo Mortis cum soleat impertiiri post Sa-
 cramento Penitentiae, Eucharistiae, et Extremae Unctionis illis In-
 firmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus
 erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis :
 impertienda iisdem est, etiam si postea lingua, ceterorumque
 sensum usu sint destitiuti, aut in delirium, vel amentiam inci-
 derint. Excommunicatis vero, in penitentibus, et qui in mani-
 festo peccato mortali morintur, est omnino deneganda.

Habens predictam facultatem, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: *Pax habe domini, etc.*, ac deinde agrotum, cubiculum, et circumstantes asperget Aqua benedicta, dicendo Antiphonam: *Asperges me, etc.*

Quod si a gratus voluerit conitteri, audiatur illum, et absolvat. Si Confessionem non petat, excusat illum ad eliciendum actum contritum: de hujus Benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat: tum instruat, atque hortetur, ut morbi incommoda ac dolores in antea vita expiationem libenter perferat. Deoque sese paratam offerat ad ultro acceptandum quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obediendam in satisfactionem peccatum, quas peccando promiserit. Tum prius ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divine munificie largitate eam penarum remissionem, et vitam sit consequentur aeternam.

Sacerdos dicit

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

Antiphona. Ne reminiscaris, Domine, delicta famili tui (vel ancillae tue), neque vindictam sumas de peccatis ejus.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

V. Et ne nos inducas in temptationem.

v. Sed libera nos a malo.

v. Salve regnum tuum (et ancillam tuam, v. incep.)

v. Deus meus, sperantem in te,

v. Domine, exaudi orationem meam,

v. Et clamor mens ad te veniat,

v. Dominus vobiscum,

v. Et cum spiritu tuo,

reverens.

Deus misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem, atque sperantem: secundum multitudinem miserationum tuorum respice propitius famulum tuum.

quem tibi vera fides, et spes christiana commendat. Visita eum in salutari tuo, et per Unigeniti tui passionem et mortem, omnium ei delictorum suorum remissionem, et veniam clementer indulge: ut ejus anima in hora exitus sui te Iudicem propitiatum inveneriat, et in Sanguine ejusdem Filii tui ab omni macula abluta, transire ad vitam mereatur perpetuam. Per eundem Christum Dominum nostrum. Et Amen.

Item dico alio modo in Clericis adstantibus Confiteor,
Sacerdos dicit. Misereatur, etc. Deinde

Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui beato Petro Apóstolo suo dedit potestatem ligandi, atque solvendi: per suam pitissimam misericordiam recipiat Confessionem tuam, et restituat tibi stolam primam, quam in Baptismate receperisti: et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, Indulgéntiam Plenáriam, et remissionem omnium peccatorum tibi concédo.

In nomine Patris, etc.

Per saecularia humanae reparacionis mysteria, remittat tibi omnipotens Deus omnes praesentis, et futurae vitae poenas, Paradisi portas apieriat, et ad gaudia semipermana perdiceat. Amen.

Benedicat te omnipotens Deus, Pater, Filius, et Spiritus Sanctus. Amen.

Si vero infirmus sit adeo mortuus proximus ut non Confessionis generalis facienda, neque praemissarum precium recitandarum tempus sufficeret, statim Sacerdos benedictionem ei impetratur.



PROCESSIONIBUS



Publicae sacraeque Processiones, seu supplicationes, quibus ex antiquissimo Ss. Patrum instituto Catholica Ecclesia vel ad excitandam Fidelium pietatem, vel ad commemoranda Dei beneficia, eique gratias agendas, vel ad divinum auxilium implorandum uti consuevit, qua par est religione celebrari debent: continent enim magna ac divina mysteria, et salutares Christiane pietatis fructus eas pie exequentes a Deo consequuntur: de quibus Fideles præmonere et eradicare, quo tempore magis opportunitum fuerit, Parochorum officium est.

Videant in primis Sacerdotes, aliisque Ecclesiastici Ordinis, ut in his Processionibus ea modestia ac reverentia tum ab ipsis, tum ab aliis adhibeatur, quae piis et religiosis hujusmodi actionibus maxime debetur.

Omnis decenti habitu, superpellicies, vel aliis sacris vestibus, sine galeris, nisi pluvia cogente, induit, graviter, modeste, ac devote bini suo loco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut remoto risu, mutuoque colloquio, et vago oculorum aspectu, populum etiam ad pie, devotaque precandum invitent.

Laici a Clericis, feminae a viris separatae, orantes prosequantur. Preferatur Crux, et ubi fuerit consuetudo, vexillum sacris Imaginibus insignitum, non tamen factum militari seu triangulare forma.

Edendi ac bibendi abusum, secundumque esculenta et pocula deferendi in sacris Processionibus, agisque lustrandis, et suburbanis Ecclesiis visitandis, tollere Parochi studeant: ac Fideles, praesertim die Dominicæ, que proxime Rogationes intercedit, quam habe dedebeat corripcta, sepius admonent.

Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemnitate celebri: nisi aliter ob gravem causam interdum Ordinario, vel Clerico videatur.

Processiones autem quedam sunt ordinariae, quae tunc e cunctis diebus per annum, ut in festo Purificationis B. Mariæ, et in die Virginis, et in Dominica Palmarum, et in Litaniis Majoribus in festo S. Marci, et in Minoribus Rogationum triduo ante Ascensionem Domini, et in festo SS. Corporis Christi, vel aliis diebus pro consuetudine Ecclesiaram.

Quedam vero sunt extraordinariae, ut quae variis, ac publicis Ecclesiæ de causis in dies indientur.

DE PROCESSIONE

In die festo Purificationis B. Marie Virginis.



Completa benedictione, et distributione Candelarum, ut in missali Romano reformato, fit Procescio. Et primo Celebrans impouit incensum in thuribulum; deinde Dicentis vertens se ad populum, dicit :



Procedamus in pace.

Et Chorus responderet :



In nomine Christi. Amen

Præcedit thuriferarius cum thuribulo fumigante, dominus Subdiaconus paratus deferens Crucem, medius inter duos Acolythos cum candelabris, et candelis accessit, sequitur Clerus per ordinem, ultimo Celebrans cum Diacono a sinistra, omnes cum candelis accessis in mezzibanco cantantur Antiphona sequentes.



Adorna thalamum tuum Si - on, et suscep-



Regem Christum: amplectere Mariam, que est



ecclæ stis porta: ip-sa e-nim por-tat Regem glo-riæ



uo-vi lu-minis: Sub-sistit Virgo, addu-cens mánibus

Hi- lum ante luci - ferum génitum: quem acci-piens Si-
meou in ulnas su - as, prædi-cavit po - pulis. Do -
minum e - um es se - vi - te et mor-tis, et Salva-to -
rem mun - di.

Aria Antiph. Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto,
non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini - et
eum inducerent pu-erum in templum, accepit e - um in ulnas
suas, et benedixit Deum, et dixit: Nunc dimittis servum
tum Dómine in pace.

V. Cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent
secundum consuetudinem legis pro eo: ipse accepit eum in
ulnas suas

Et ingredientio Ecclesiam cantatur:

R. Obule-runt pro eo Do-mino par-tur-tum,
aut du-os pri-los eo-humba-rum: Sicut scriptum est
in le-ge Do-minii.

V. Postquam impleti sunt di-es purgati-onis Mari-ae secun-dum le-gem Mo-y-si, tul-erunt Jesum in Jeru-salem, ut siste-rent e-um Do-mino, Sicut scriptum est.

V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fi-li-o, et Spiri-tu-i San-cto. Sicut scriptum est.

Finita Processione, Celebrans et ministri, depositi violaceis, acipiunt paramenta alba pro Missa. Et can-dela tenentur in manibus accensæ, dum legitur Evan- gelium, et iterum ad elevationem Sacra-menti usque ad Communionem.

DE PROCESSIONE

In die Palmarum

In Dominica Palmarum, facta benedictione, ex disti-nctione Palmarum, seu Olivarum, post ultimum Ora-

nomine. **Omnipotens**, etc. fit Processione, primum. Ce-
lebrans impavit censuram in thuribulino, et Diaconus
vertens se ad populum, dicit.



Procedamus in pace.

Et Chorus responderet



In nomine Christi. Amen.

Præcedit thuriferarius cum thuribulo, fumigante, te-
nde Subdiaconus paratus, deferens Crucifixum, medietate
inter duos Acolythos cum candelabris, et cibarum; acce-
sis: sequitur Clerus per ordinem, ultro. Celebrans ente
Diacono a sinistris, omnes cum roris a cornibus, et
cantantur sequentes Antiphona, vel omnes, vel aliquippe
quousque durat Processio.



Antiphona. Cum appropinquaret Dominus Ierosolymam,



misit duos ex discipulis suis, dicens: Iste in castellum, quod



contra vos est; et inveni-ētis pullum asinum eligitum, super



quem nullus hominum se-dit; solvite et adducite mihi. Si



quis vos interrogaverit, dicite: Opus Domino est. Solventes



adduxerunt ad Jesum: et imposuerunt illi vestimenta sua;








IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



6"



Photographic
Sciences
Corporation

23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503

EE
28
32
34
36
2.2
2.0
1.8

1.0





fabricator mundi. qui venisti redimere nos.



Alia Antiph. Ante sex dies solennis Pasche, quando venit



Dominus in civitatem Jerusalem. occurrerunt ei pueri:



et in manibus portabant ramos palmarum. et clamabant voce



magna. dicentes: Hosanna in excelsis: benedictus qui veni-



sti in multitudine misericordiae tue. Hosanna in excelsis.



Alia Antiph. Occurrunt turbie cum floribus et palmis Re-



demptori obviam: et victori triumphanti digna dant obse-



quia: Filium Dei ore Gentes predicant: et in laudem Chri-



sti voces tonant per umbila: Hosanna in excelsis.



Alia Antiph. Cum Angelis et pueris fidèles inveniāmur.



triumphatori mortis clamantes: Hosanna in excelsis.



Vita Antiph. Turba nouita, quae convenerat ad diem festum,



clamabat Dómino: Benedictus qui venit in nōmine Dómini,




Hosán-na in excélsis.

In reversione Processionis, duo, vel quatuor Cantores intrant in Ecclesiam, et clauso ostio, stantes versa facie ad Processionem, incepunt V. Glória laus, etc. et decantant duos primos versus. Sacerdos vero cum aliis extra Ecclesiam repetit eosdem. Deinde qui sunt intus, cantant versus sequentes, vel omnes, vel partem, prout videbitur: et qui sunt extra, ad quoslibet duos versus respondent. Glória laus, etc. sicut in principio.



V. Glóri-a, la-us, et honor tibi sit Rex Christe Redémptor.



Cui pue-ri- le deeus promptsit Hosán-na pium. Israel es tu



Rex, Daví-dis et inelyta proles: Nōmine qui in Dómini



Rex be-ne-dicte venis. Glóri-a, la-us. Cretus in ex-cél-sis



te láudat cœ-lieus omnis, et mortális homo, et cuneta creá-



ta simul. Glóri-a. Plebs Hebreæa tibi cum palmis óbvia ve-

nit: Cum prece, voto, hymnis, ad-sumus ecce tibi. Glóri-a.
la-us. Hí tibi passú- ro solvébant muni-a lá-udis: Nos tibi
regnánti pángimus ecce melos. Glóri-a. la-us. Hí placu-
néri- tibi pláceat devó-ti-o nostra, Rex bone. Rex clemens, eu-i
bona cuneta pla-cent. Glóri-a. la-us.

Postea Subdiaconus hastili Crucis perenit portam, quia statim aperta Processio intrat Ecclesiam, cantando Responsorium.

Ingrediénte Dómino in sanctam ci-vitá- tem, Hebræ-ó-
rum pú-e-ri resurrecti-ónem vi-te promunti- ántes, cum ramis
palmárum, Hosán-na clamábant in excél- sis.
V. Cum audisset pópulus, quod Jesus veniret Je-ro-só- li-
mam, exi-é-runt ób- - viam e- - i. Cum ramis.

Et nou dicitur, Glória Patri, etc.


Deinde dicitur Missa, et rami tenentur in manibus, dum cantatur Passio, et Evangelium tantum.

O R D O

Servandus in Litaniarum Majorum Processione,
que in festo s. Marii celebratur.



Clerus, et populus hora statuta, mane in Ecclesia congregati, omnes contrito et humili corde. Denique flexis genibus paulisper presentur. Sacerdos pluvialium ministris, vel saltē superpelliceo et stola violacei coloris sit induitus; cuius coloris habitu in reliquis Processionibus semper utatur, praterquam in Processionibus Corporis Christi, et que finit solemibus diebus, vel in gratiarum actionem; quibus diebus utitur colore propriae solemnitati congruenti. Ceteri vero Sacerdotes et Clerici superpelliceis induiti, sequentem Antiphonam stantes concinant.



Antiphona. **Exurge Domine, adjuva nos, et libera nos pro-**




pter nomen tu-um. Ps. Deus au-ribus nostris audi-vimus :



Patres nostri annunti-a-vérunt no- bis. Glò- ri-a.

Repetitur Antiphona. **Exurge, etc.**

Deinde genuflectant omnes; et duo Clerici ante Altare majus genuflexi, devote Litanias cantare incipiunt, eatisdem eadem voce respondentibus. Cum autem cantatum erit:



Sancta Mari- a. Ora pro nobis.

surgunt omnes, et ordinatio procedunt, egredientes. Litaniasque prosequentes, praecedente Crucis, et sequente Clero, ultimo loco Sacerdos paratus, ut supra dictum est, cum ministris, prout res, vel locis postulat, sacris vestibus induitus.

Si Processio sit longior, vel repetatur Litania, vel Litanis absolute usque ad Utre sexclavis, videantur aliqui Psalmi ex Penitentialibus, seu Gradualibus. Hymni vero, vel Cantica laetitiae in iis, vel in Rogationibus, aut aliis penitentia causa institutis Processionibus, non dicantur.

Si ad unam, vel plures Ecclesias in via sit diverendum, ingressis Ecclesiam, intermissione Litanis, vel Psalmis, cantatur Antiphona cum Versu et Oratione Sancti Patroni illius Ecclesiae. Deinde egredientes, resumptis Precibus, eodem ordine procedunt usque ad Ecclesiam, ubi cum Precibus et Orationibus omnibus Processio terminatur, ut in fine Breviarii Romani post Psalmos Penitentiales.

In Litanis minoribus Rogationum serventur omnia, ut supra in Litanis majoribus.

DE PROCESSIONE

In festo Sacraissimi Corporis Christi.



Deenter ormentur Ecclesia et parieres vibrunc, per quas est transendum, tapetibus, et aulaicis, et sacris imaginibus, non autem profanis, aut vanis figuris, seu indignis ornamentiis.

Sacerdos primum Missam celebret, in qua duas hostias consecret, et sumpta una, alteram in Tabernaculum in Processione deferendum ita reponat, ut per

vitrum, seu crystallo, quo ipsum tabernaculum cumseptum esse debet, exterius adorantibus appareat, veloque operiatur, donec auferatur ab altari. Peracto autem Sacrificio, et processione jam inchoata, ordine quo jam supra dictum est in Litaniis majóribus, Sacerdos pluviali albo induitus, ter incenset Sacramentum genuflexus.

Deinde Diaconus oblongum ac decens velum circumponit scapulis Sacerdoti, qui parte veli ante pectuspendente, utraque manu cooperita, Ostensorium, seu Tabernaculum a Diacono sibi porrectum reverenter suscepit in supremo Altaris gradu: mox ad Altare ascen-dit, et Sacramentum ante faciem tenens, vertit se ad populum, inde descendit sub umbella comitantibus ministris, et duo Acolythi vel Clerici cum thuribulis effumantibus procedunt.

Omnis procedunt nudo capite aeeensos cereos gestan-tes, et sequentes Hymnos pro longitudine Processionis devote concientes. Dum vero Sacerdos discedit ab altari Clerus, vel Sacerdos cantare incipit sequentem :

Hymnum.




Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,

Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro cláusit órdine.
In suprémae nocte coenæ,
Recúmbens cum frátribus,
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.
Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit :
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit :
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.
Tantum ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui :
Et antiquum documéntum
Novo cedat rítui :
Præstet fides suppléméntum
Sénsuum deféctui.
Genítori, Genítóque
Laus et jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benédictio :
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio. Amen.

Hymnus.




Saceris so-lénniis jun-eta sint gáudi-a. Et ex piæcordiis



Noctis recólitur cœna novíssima,
Qua Christus eréditur agnum et ázyma
Dedísse frátribus, juxta legítima,
Priseis indúlta pátribus.
Post agnum typicum, explétis épulis,
Corpus Domínicum datum discípulis,
Sie totum ómnibus, quod totum sínkulis,
Ejus fatémur mánibus.
Dedit fragílibus cörporis férrenum,
Dedit et trístibus sanguinis póculum,
Dicens : Accípite quod trado vásculum,
Omnes ex eo bíbite.
Sie sacrificium istud instítuit,
Cujus officium commítti voluit
Solis Presbyteris, quibus sic cóngruit.
Ut sumant, et dent caeteris.
Panis Angélicus fit panis hóminum :
Dat panis cœlicus figúris téminum.
O res mirábilis ! mandúcat Dóminum
Páuper, servus, et húmilis.
Te Trina Déitas, Unaque pósceimus,
Sic nos tu vísit, sieut te cólimus ;
Per tuas sémitas due nos quo téndimus,
Ad lucem, quam inhábitas. Amen.



Hymnus.



ram, ad opus suum exiens. Venit ad vitam véc speram.


In mortem a discípulo
Suis tradéndus aemulis,
Prius in vitae férénlo
Se trádidiit discípulis.
Quibus sub bina spécie
Carnem dedit et Sánguinem,
Ut díuplicis substántiae
Totum cibáret hóminem.
Se nascens dedit sócium,
Convéscens in edílium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.
O salutáris Hóstia,
Quæ coeli pandis óstium :
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.
Uni, trinóque Dómino
Sit sempitérna glória :
Qui vitam sine térmíno
Nobis donet in pátria,
Amen.

Hymnus.


 Salú-tis humánae Sa-tor, Jesu volúptas cór-dium,

 Orbis redémpti Cónditor. Et casta lux a máni- tium.
 Qua victus es cleméntia,
 Ut nostra ferres crímina,

Mortem subires innocens,
 A morte nos ut tolleres !
 Perrumpis inférnum chaos,
 Vinetis caténas détrahis ;
 Victor triúmpho nóbili
 Ad déxteram Patris sedes.
 Te cogat indulgénzia,
 Ut danna nostra sárcias,
 Tuíque vultus cómpotes
 Dites béato lúmine.
 Tu dux ad astra, et sémita,
 Sis meta nostris cōrdibus,
 Sis lacrymárum gáudium,
 Sis dulce vitæ præmium. Amen.

Hymnus.



Etér- ne Rex altissime, Redémptor et fi-dé- lium,
 Cui mors perémpcta dé-tulit, Summæ triúmphum glóriæ.

Ascéndis orbes síderum,
 Quo te vocábat cœlitus
 Colláta, non humánitus,
 Rerum potésta omnium.
 Ut trina rerum máchina
 Cœlestium, terréstrium,
 Et inferórum cóndita,
 Flectat genu jam súbdita
 Tremunt vidéntes Angeli
 Versam vícem mortálium :
 Peccat caro, mundat caro,
 Regnat Deus, Dei caro.

Sis ipse nostrum gáudium,
 Manens Olympo prémium,
 Mundi regis qui fábricam,
 Mundána vincens gáudia
Hinc te precántes, quæsumus,
 Ignósee culpis ómnibus,
 Et corda sursum súbleva
 Ad te supérna grátia.
Ut cum repénte cœperis
 Clarére nube Júdieis,
 Poenas repéllas débitas,
 Reddas corónas pérditas.
Jesu tibi sit glória,
 Qui victor in cœlum redis,
 Cum Patre, et almo Spíritu,
 In sempiterna sæcula.
 Amen.

Te Deum laudámus. fol. 296.

Benedictus Dóminus Deus Israel. fol. 196.
Magnificat. fol. 163.

Peracta Processione, et Ss. Sacramento ad Ecclesiam
 reportato, et super Altari deposito, omnes Ecclesiastici,
 qui absunt, hinc inde ordine genuflexi intid reverenter
 adorantes, dum Sacerdos de more incensat, sequentem
 Hymni partem concinuant.

Iuantum ergo Sacraméntum,
 Venerémur cérnui :
 Et antíquum documéntum
 Novo cedat ritui :
 Præstet fides suppléméntum
 Sénsuum défectui,
Genítori, Genítóque
 Laus et jubiláatio,

Salus, honor, virtus quoque

Sit et benedictio :

Procedenti ab utroque

Compar sit laudatio. Amen.

Postea duo Clerici dicant :

V. **Panem de celo praestitisti eis, alleluia.**

R. **Omne delectamentum in se habentem, alleluia.**

Dicinde Sacerdos stans dicit : **Orémus.**

Ieus, qui nobis sub Sacramento mirabili, passione
tuæ memoriæ reliquisti : trubue, quesumus, ita nos
Cörperis et Sanguinis tui saera mysteria venerari ; ut
redemptionis tuæ fructum in nobis jūgiter sentiamus :
Qui vivis, et regnas in sæcula sæculorum. R. Amen.

Tunc Sacerdos, facta genuflexione, cum Sacramento
semel benedicat populum in modum crucis, nihil dicens,
postea illud reverenter deponat.

Hie autem modus benedicendi servatur etiam in aliis
Processionibus faciendis cum SS. Sacramento.

DE PROCESSIONE

Ad petendam Pluviam.



Aguntur omnia, ut supra in Litaniis Majoribus, usque
ad finem Litaniarum, in quarum precibus bis dicitur :
Ut congruentem pluviam fidelibus tuis concédere
digneris, Te regamus, audi nos.

In fine postea dicitur, **Pater noster**, secreto.

V. **Et ne nos inducas in tentationem.**

R. **Sed libera nos a malo.**

Psalmus 146.

Laudate Dóminum, quóniam bonus est psalmus : * Deo
nostro sit jucunda, decóraque laudatio.

Adificans Jerúsalem Dóminus : * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde : * et álligat contritíones eórum.

Qui númerat multitúdiaem stellárum : * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster, et magna virtus ejus : * et sapiéntiae ejus non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus : * humílians áutem peccatóres usque ad terram.

Präcínite Dómino in confessióne : * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cœlum núbibus : * et parat terræ pluviam.

Qui prodúcit in móntibus fénüm : * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat juméntis escam ipsórum : * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit : * nec in tibiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super timéntes eum : * et in eis, qui sperant super misericórdia ejus.

Glória Patri, etc.

Quo finito, dicuntur Preces.

V. Operi, Dómine, cœlum núbibus.

R. Et para terræ pluviam.

V. Ut prodúcat in móntibus fénüm.

R. Et herbam servitúti hóminum.

V. Riga montes de superióribus tuis.

R. Et de fructu óperum tuórum satiábitur terra.

V. Dómine, exáudi oratióinem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíseum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Leus, in quo vivimus, móvémur, et sumus, pluviam nobis tribue congruentem: ut praesentibus subsidiis sufficiénter adjuti, sempiterna fiduciálius appetámus.

Oratio.

Praesta, quæsumus, omnípotens Deus: ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus, contra adversa ómnia tua semper protectiōne muniámur.

Oratio.

Da nobis, quæsumus Dómine, pluviam salutarem: et áridam terræ fáciem fluéntis cœlestibus dignanter infunde. Per Dóminum, etc.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

V. Exaudiat nos omnípotens et misericors Dóminus.

R. Amen.

V. Fidélium ánimæ per misericordiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

PROCESSIO

Ad postulandam serenitatem.



Omnia sicut, ut supra in Litanis Majoribus, et in Litaniarum precibus bis dicatur: Ut fidélibus tuis aeris serenitatem concédere dignérис. Te rogámus audi nos.

Ad finem obsecrationum dicitur: Pater noster.

V. Et ne nos indúcas in tentatiōnem.

R. Sed líbera nos a malo.

Psalmus 66.

Deus misereártur nostri, et benedícat nobis : * illúminet vultum suum super nos, et misereártur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam : * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus : * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exúltent gentes : * quóniam júdicas pópulos in aequitáte, et gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus : * et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri.

V. Adduxísti, Dómine, spíritum tuum super terram.

R. Et prohíbitæ sunt pluviae de cœlo.

V. Cum obdúxero núbibus cœlum.

R. Apparébit arcus meus, et recordábor fœderis mei.

V. Illústra fáciem tuam, Dómine, super servos tuos.

R. Et bénedic sperántes in te.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Deus, qui culpa offénderis, pœniténtia placáris : preces pópuli tui supplicántis propítius réspice : et flagella tuae iracundiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte.

Oratio.

Ad te nos, Dómine, clamántes exáudi, et áeris serenitatem nobis tríbue supplicántibus : ut qui juste pro peccátis nostris afflígimur, misericórdia tua præveniente, eleméntiam sentiámus.

Oratio.

Quæsumus, omnípotens Dens, cleméntiam tuam: ut inundántiam coéreas ímbrum, et hilaritátem vultus tui nobis impertíri dignérís. Per Dóminum nostrum, etc.

P R E C E S

Ad repellendam tempestatem.

Pulsentur campanæ, et qui adesse possunt, in Ecclesiæ convocatis, dicuntur Litaniae ordinariae, in quibus dicitur: **A fúlgure, et tempestáte, etc.** et post Litaniæ, Orationemque Dominicam.

Psalmus 147.

Láuda, Jerúsalem, Dóminum: * láuda Deum tuum
LSion.

Quóniam confortávit seras portárum tuárum: * benedíxit filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: * et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum terræ: * velóciter currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: * nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit erystállum suum sicut buccéllas: * ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit?

Emítte verbum suum, et liquefáciet ea: * flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum suum Jacob: * justítias et judícia sua Israel.

Non fecit táliter omni natióni: * et judícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri, etc.

- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini
 R. Qui fecit cœlum et terram.
 V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.
 R. Et salutare tuum da nobis.
 V. Adjuva nos, Deus salutaris noster.
 R. Et propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.
 V. Nihil proficiat inimicus in nobis.
 R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
 V. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.
 R. Quemadmodum speravimus in te.
 V. Salvum fac populum tuum, Domine.
 R. Et benedic hereditati tue.
 V. Non privabis bonis eos, qui ambulant in innocencia.
 R. Domine, Deus virtutum : beatus homo, qui sperat in te.

V. Domine, exaudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dominus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

Oramus.

Oratio.

Deus, qui culpa offendideris, poenitentia placaris : preces populi tui supplicantis propitius respice ; et flagella tuae iracundiæ, que pro peccatis nostris meremur, averte.

Oratio.

Ad domo tua quæsumus Domine, spiritales nequitiæ repellantur, et aereorum discédat malignitas tempestatum.

Oratio.

()mnipotens, sempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare supplicibus : ut post noctis ignes nubium, et vim procellarum, in matrem trahat laudis commissatio tempestatum.

Cratio.

Dómine Jesu, qui imperásti ventis et mari, et facta fuit tranquíllitas magna : exáudi preces famíliae tuæ et præsta ; ut hoc signo sanctæ Crucis eis omnis discedat sævítia tempestátum.

Oratio.

Dominópotens, et misericors Deus, qui nos et castigando sanas, et ignoscendo consérvas : præsta supplícibus tuis ; ut et tranquillitáribus hujus optátæ consolationis letémur, et dono tuæ pietatis semper utámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, etc.

Aspergatur Aqua benedicta.

P R E C E S

Dicendæ tempore penuriae et famis.



Agnuntur omnia, ut supra in Litanis Majoribus, usque ad finem Litaniarum, in quarum Precibus bis dicitur : Ut fructus terræ dare et conservare digneris, Te rogamus audi nos.

Post Litanias dicitur : Pater noster.

Psalm. Dóminus régit, etc. fol. 177.

V. Dómine, non secundum peccáta nostra fáciás nobis.

R. Neque secundum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

V. Oculi ómnium in te sperant, Dómine.

R. Et tu das illis escam in témpore opportúno.

V. Meménto congregatiónis tuæ.

R. Quam possedísti ab initio.

V. Dóminus dabit benignitatem.

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

V. Dómine, exaudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

| neffáibilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cle-
| ménter osténde: ut simul nos et a peccátis ómnibus
éxuas, et a pœnis, quas pro his merémur, erípias.

Oratio.

D a nobis, quæsumus Dómine, piæ supplicatiónis effé-
etum, et famem propitiátus avérte: ut mortálium
corda cognóscant, et, te indignánte, tália flagélla pro-
díre, et, te miseránte, cessáre.

Oratio.

| Ópulum tibi súbditum pro peccátis suis fame laborán-
tem ad te, Dómine, converte propítius: qui quærén-
tibus regnum tuum ómnia adjiciénda esse dixisti: Qui
vivis et regnas cum Deo Patre, etc.

PROCESSIONE

Tempore mortalitatis et pestis.

Fiat ut supra in Litanis Majoribus; et in Litaniarum Precibus dicatur bis: A peste et fame, Líbera nos Dómine, et infra suo loco: Ut a pestiléntiae flagélo nos liberáre dignérис, etc.

In fine Litaniarum dicitur, Pater noster.

Psalm. Dómine, ne in furóre tuo árguas me. fol. 97.

V. Dómine, non secúndum peccáta nostra fáciás nobis.

R. Nequesecúndum iniquitátes nostras retríbuas nobis.

V. Adjuva nos Deus salutáris noster.

R. Et propter glóriam nómínis tui, Dómine, líbera nos.

V. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum an-
tiquárum.

R. Cito anticipent nos misericórdie tuæ, quia pauperes facti sumus nimis.

V. Ora pro nobis sancte Sebastiáne.

R. Ut digni efficiámur promissióibus Christi.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

O rémus.

Oratio.

Exáudi nos, Deus salutis noster; et intercedénte beata et gloriósa Dei Genitricē María semper Vírgine, et beáto Sebastiáno Mártire tuo, et ómnibus Sanctis, populum tuum ab iracúndiae tuae terróribus libera, et misericórdiae tuae fac largítate secúrum.

Oratio.

Ipropitiáre, Dómine, supplicatióibus nostris, et animárum et cörperum medére languóribus; ut remissióne percépta, in tua semper benedictióne létémur.

Oratio.

Ita nobis, quæsumus Dómine, piæ petitiónis efféctum: et pestiléntiam, mortalitatémque propitiátus avérte; ut mortálium corda cognóscant a te indignánte tália flágella prodíre, et te miseránte cessáre. Per Dóminum.

P R E C E S

Dicenda in Litaniis tempore belli,

Peractis omnibus, ut supra in Litaniis Majoribus, a finem Litaniarum dicitur: **Pater noster**, secreto.

V. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed libera nos a malo.

a pâu-

ce beata
gine, et
tis, pô-
, et mi-et ani-
remis-
nur.éctum :
avérte :
Ália fla-
num.

bus, ad

Psalmus 45.

Elus noster refugium, et virtus : * adjutor in tribulationibus, quae invenérunt nos nimis.

Propterea non timébimus dum turbabitur terra : * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum : * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Fluminis impetus beatificat civitatem Dei : * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur : * adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, et inclináta sunt regna : * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtutum nobiscum : * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodigia super terram : * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confrínget arma : * et seuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : * exaltábor in géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtutum nobiscum : * suscéptor noster Deus Jacob. Glória Patri, etc.

V. Exúrge, Dómine, áduja nos.

R. Et líbera nos propter nomen tuum.

V. Salvum fac pôpulum tuum, Dómine.

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Fiat pax in virtute tua.

R. Et abundántia in túribus tuis.

V. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.

R. A fácie inimici.

V. Arcum cónteret, et confrínget arma.

R. Et seuta combúret igni.

V. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére nos.

V. Dómine, exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Deus, qui cónteris bella, et impugnatóres in te sperán-tim poténtia tuæ defensiónis expúgnas: auxiliare fámulis tuis implorántibus misericórdiam tuam; ut inimicórum suórum feritáte depréssa, incessábili te gratiárum actióne laudémus.

Oratio.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, paeem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protecțióne tranquílla.

Oratio.

Tóstium nostrórum, quæsumus Dómine, elíde supér-biam, et eórum contumáciā déxteræ tuæ virtúte prostérne. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Si vero bellum est contra Turcas, et alios infideles, vel haeréticos, inter Preees Iatinarum bis dicatur:

Ut inimícos sanctæ Ecclesiæ humiliare dignéris, Te rogámus áudi nos. Et addatur: Ut Turcárum (vel haereticórum) conátus reprímere, et ad níhilum redígere dignéris, Te rogámus áudi nos.

Et dicto Pater noster, dicatur Psalmus 78.

Deus, venérunt gentes in haereditátem tuam, pollué-runt templum sanctum tuum: * posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

Posuérunt morticína servórum tuórum, escas volatílibus coeli : * carnes sanctórum tuórum béstias terre.

Effudérunt sanguinem eórum tamquam aquam in circúitu Jerúsalem : * et non erat qui sepelíret.

Facti sumus oppróbrium vicínis nostris : * subsannátio et illúsió his qui in circúitu nostro sunt.

Usquequo, Dómine, irascéris in finem : * accendétur velut ignis zelus tuus ?

Effúnde iram tuam in gentes, que te non novérunt : * et in regna, que nomen tuum non invocavérunt :

Quia comedérunt Jacob: * et locum ejus desolavérunt.

Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum, eito antícipent nos misericórdie tuæ : * quia páuperes facti sumus nimis.

Adjuva nos, Deus salutáris noster : et propter glóriam nóminalis tui, Dómine, líbera nos : * et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum :

Ne forte dicant in géntibus : Ubi est Deus eórum ? * et innotéscat in natióibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis servórum tuórum, qui effúsus est : * intróeat in conspéctu tuo gémitus compeditórum.

Secúndum magnitúdinem bráchii tui, * pósseide filios mortificatórum.

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum : * impropérium ipsórum, quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos áatem pópulus tuns, et oves páscuæ tuæ, * confitébimur tibi in seculum.

In generatióne et generatióne * annuntiábimus láudem tuam.

Glória Patri.

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperántes in te.

- V. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis.
 R. A fácie inimici.
 V. Nihil proficiat inimicus in nobis.
 R. Et filius iniquitatis non appónat nocére nobis.
 V. Hóstium nōminis tui, Dómine, elide supérbiā.
 R. Et eórum contumáciam déxteræ tue virtute prosterne.
 V. Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti.
 R. Et Angelus Dómini persequátur eos.
 V. Effunde iram tuam in gentes, quae te non novérunt.
 R. Et in regna, quae nomen tuum non invocavérunt.
 V. Mitte nobis, Dómine, auxílium de sancto.
 R. Et de Sion tuére nos.
 V. Dómine, exaudi orationem meam.
 R. Et clamor mens ad te véniat.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíitu tuo.

Orémus.

Oratio.

- D**a, quæsumus, Ecclésiae tuae, misericors Deus: ut
Domino Spíitu congregata, hostili nullatenus incur-
 sione turbétur.

Oratio.

- D**eus, qui culpa offendideris, penitentia placaris: preces
 populi tui supplicantis propitiis respice: et flagella
 tue iracundiae, quae pro peccatis nostris merémur, averte.

Oratio.

- O**mnipotens, sempiternus Deus, in cuius manu sunt
 omnium potestates, et omnium jura regnum: res-
 pice in auxilium Christianorum: ut gentes Turcium
 (vel hæreticorum), quae in sua feritate confidunt, déx-
 teræ tue potentia conterantur. Per Dominum nostrum.

V. Exaudiat nos Dominus.

R. Amen.

PROCESSIO

In quacumque tribulatione.



Servatis omnibus, ut supra in Litaniis Majoribus, finitisque Litaniis, dicitur : Pater noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

Psal. Exaudiat te Dóminus, fol. 118, cum Glória Patri,
vel Psal. Qui hábitat, fol. 122. Quo finito, dicitur :

V. Deus refúgium nostrum et virtus.

R. Adjútor in tribulatióibus.

V. Salvos fac servos tuos, Dómine.

R. Deus meus, sperántes in te.

V. Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortális.

R. Miseré nobis.

V. Adjuva nos, Deus salutáris noster.

R. Et propter glóriam nómminis tui, Dómine, líbera nos.

V. Dómine, exáudi oratiómem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Ne despícias, omnípotens Deus, pópulum tuum in af-
flictióne clamántem : sed propter glóriam nómminis
tui, tribulátis succíurre placátus.

Oratio.

In effáibilem misericórdiam tuam, Dómine, nobis ele-
ménter osténde : ut simul nos et a peccátis ómnibus
éxuas, et a pénis, quas pro his merémur, erípias.

Oratio.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Dómine Deus,
perpetua mèntis et còrporis sanitatis gaudere : et glo-
riosa beatæ Mariæ semper Vírginis intercessione, a præ-
senti liberari tristitia, et aeterna pérfrui lætitia.

Oratio.

Tribulatiōnem nostram, quæsumus Dómine, propitiū
respice : et iram tuæ indignatiōnis, quam juste me-
rémur, avérte.

Oratio.

Ieus refugium nostrum et virtus : adésto piis Eclésiæ
tuæ præcibus auctor ipse pietatis, et præsta ; ut quod
fidéliter pétimus, efficaciter cansequámur. Per Dóminum.

P R E C E S

Dicendo in Processione pro gratiarum actione.



Initio Processionis cantatur Hymnus.

Te Deum laudamus : te Dóminus confitémur.
Te aeternum Patrem omnis terra venerátur.
Tibi omnes Angeli, tibi cœli, et univérsæ potestátes.
Tibi Chérubim et Séraphim : incessábili voce pro-
clámant :
Sanetus, Sanetus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth.
Pleni sunt cœli et terra majestatis gloriæ tuæ.
Te gloriósus Apostolorum chorus,
Te Prophetarum laudabilis númerus,
Te Mártyrum candidátus láudat exéritus.
Te per orbem terrarum sancta confitétur Eclésia.
Patrem immensæ majestatis.

Venerandum tuum verum, et unicum Filium.
 Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.
 Tu Rex gloriae, Christe.
 Tu Patris sempiternus es Filius.
 Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum.
 Tu devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna celorum.
 Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.
 Judex crederis esse venturus.
 Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti.
 Aeterna fac eum Sanetis tuis in gloria numerari.
 Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tuae.
 Et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.
 Per singulos dies benedicimus te.
 Et laudamus nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.
 Dignare, Domine, die isto sine peccato nos custodire.
 Miserere nostri, Domine, miserere nostri.
 Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.
 In te, Domine, speravi : non confundar in aeternum.
 Deinde dici poterunt Psalmi, qui sequuntur. prout tempus feret.

. Psalmus 65.

Jubilate Deo omnis terra, psalmum dicite domini ejus : *
 date gloriam laudi ejus.
 Dicite Deo, quam terribilia sunt opera tua, Domine ! *
 in multitudo virtutis tuae mentientur tibi inimici tui.
 Omnis terra adoret te, et psallat tibi : * psalmum
 dicat domini tuo.

Veníte, et vidéte ópera Dei: * terríbilis in consíliis super filios hóminum.

Qui convértilt mare in áridam, in flúmine pertransíbunt pede: * ibi letábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in aetérnum, óculi ejus super gentes respíciunt: * qui exásperant non exaltén-tur in semetípsis.

Benedícite gentes Deum nostrum: * et audítam fácite vocem láudis ejus.

Qui pósuit ánimam meam ad vitam: * et non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probásti nos, Deus: * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, posuísti tribulatiónes in dorso nostro: * imposuísti hómines super cápita nostra.

Transívimus per ignem et aquam: * et eduxísti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocáustis: * reddam tibi vota mea, quae distinxérunt lábia mea.

Et locútum est os meum, * in tribulatióne mea.

Holocáusta medulláta ófferam tibi cum incénso aríctum: * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, et narrábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimae meæ.

Ad ipsum ore meo clamávi, * et exaltávi sub lingua mea.

Iniquitatē si aspéxi in corde meo, * non exáudiet Dómimus.

Propterea exaudívit Deus, * et atténdit voci deprecatiōnis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónen meam, et misericórdiam suam a me.

Glória Patri, etc.

P. almiss. 50.

Exultáte Deo adjutóri nostro : * jubiláte Deo Jacob.
Súmite psalmum, et date tympanum : * psaltérium
jueúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tuba, * in insígni die so-
lenitátis vestræ.

Quia præceptum in Israel est, * et judícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph posuit illud, cum exíret de
terra Ægypti : * linguam, quam non növerat, audívit.

Divértit ab onéribus dorsum ejus : * manus ejus in
cóphino serviérunt.

In tribulatióne invocásti me, et liberávi te : * exau-
dívi te in abscondito tempestatis : probávi te apud aquam
contradictiōnis.

Audi póplus meus, et contestábor te : * Israel, si
audíeris me, non erit in te deus recens, neque adorábis
deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de
terra Ægypti ; * diláta os tuum, et implébo illud.

Et non audívit póplus meus vocem meam : * et Israel
non inténdit mihi.

Et dimisi eos secúndum desidéria cordis eórum, *
ibunt in adinventiōnibus suis.

Si póplus meus audísset me : * Israel si in viis meis
ambulásset :

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem : * et
super tribulántes eos misísssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei : * et erit tempus
eórum in sœcula.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti : * et de petra,
melle saturávit eos.

Glória Patri, etc.

Psalmus 95.

Cantáte Dómino cáanticum novum : * cantáte Dómino
omnis terra.

Cantáte Dómino, et benedícite nómini ejus * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus
pópolis mirabília ejus.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis : *
terríbilis est super omnes deos.

Quóniam omnes dii géntium dæmónia : * Dóminus
autérem cœlos fecit.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu ejus : * sancti-
mónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino pátriæ géntium, afférte Dómino gló-
riam et honórem : * afférte Dómino glóriam nómini
ejus.

Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : * adoráte
Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur a fácie ejus univérsa terra : * dícite
in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébi-
tur : * judicábit pópulos in æquitáte.

Læténtur cœli, et exúltet terra, commoveátur mare,
et plenítudo ejus : * gaudébunt campi, et ómnia, quæ
in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dó-
mini, quia venit : * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte : * et pópulos in
veritáte sua.

Glória Patri, etc.

Psalmus 96.

Jubiláte Deo ómnis terra : * servíte Dómino in læ-
tízia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exultatióne.

Seítote quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, et non ipsi nos :

Pópulus ejus, et oves páscuae ejus : * introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus : quóniam suávis est Dóminus, in aetérnum misericórdia ejus, * et usque in generatióne et generatióne véritas ejus.

Glória Patri. etc.

Psalmus 102.

Bénedic ánima mea Dómino : * et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Bénedic ánima mea Dómino : * et noli oblívisei omnes retributiónes ejus :

Qui propitiátor ómnibus iniquitáribus tuis : * qui sa-nat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam : * qui corónat te in misericórdia et miseratióibus.

Qui replet in bonis desidérium tuum : * renovábitur ut áquilæ juvénitus tua.

Fáciens misericórdias Dóminus : * et judícium ómni-bus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * filiis Israel voluntátes suas.

Miserátor, et miséricors Dóminus : * longánimis, et multum miséreors.

Non in perpétuum irascétur : * neque in aetérnum comminábitur.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis : * neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniam secúndum altitúdinem cœli a terra : * cor-roborávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantum distat ortus ab occidénte : * longe fecit a nobis iniquitátes nostras.

Quómodo miserétur pater filiòrum, misértus est Dóminus timéntibus se : * quóniam ipse cognóvit figmén-
tum nostrum.

Recordátus est, quóniam pulvis sumus : * homo sicut
fœnum dies ejus, tamquam flos agri sic efflorébit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, et non subsí-
stet : * et non cognósctet ámplius locum suum.

Misericórdia áutem Dómini ab ætérnō, * et usque in
ætérnū super timéntes eum.

Et justítia illíus in filios filiòrum, * his qui servant
testaméntum ejus :

Et mémores sunt mandatórum ipsíus, * ad facié-
dum ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam : * et regnum
ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino omnes ángeli ejus : * poténtes
virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem
sermónum ejus.

Benedícite Dómino omnes virtútes ejus : * minístri
ejus, qui fáctis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino ómnia ópera ejus : * in omni loco
dominatiónis ejus, bénedic ánima mea Dómino.

Glória Patri, etc.

Psalmus 116.

Iaudáte Dóminum omnes gentes : * laudáte eum omnes
pópuli :

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : *
et véritas Dómini manet in ætérnū.

Glória Patri, etc.

Psalmus. Laudáte Dóminum de cœlis, etc. fol. 194
viii duobus sequentibus, ut sup̄ra.

Canticum. Benedícite ómnia ópera Dómini. fol. 203

Canticum. Benedíctus Dóminus Deus Israel. fol. 196

Huc autem praedicta, prout longitudine itineris postularerit, vel omnia, vel ex parte canari possunt. Deinde in Ecclesia, ubi fit statio, ante altare dicuntur sequentes Versus, et Orationes.

- V. Benedíctus es Dómine Deus patrum nostrórum.
 R. Et laudábilis, et gloriósus in sǽcula.
 V. Benedicámus Patrem, et Fílium cum Sancto Spíritu.
 R. Laudémus, et superexaltémus eum in sǽcula.
 V. Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cœli.
 R. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sǽcula.
 V. Bénedic ánima mea Dómino.
 R. Et noli oblívisci omnes retributiōnes ejus.
 V. Dómine, exáudi oratiōnem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Deus, cuius misericórdia non est númerus: et bonitatis infinitus est thesáurus: piissimæ majestati tuæ pro callátis donis grátias ágimus tuam semper clementiam exorántes: ut qui peténtibus postuláta concédis, eosdem non déserens, ad præmia futúra dispónas.

Oratio.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratiōne docuísti; da nobis in códem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatiōne gaudére.

Oratio.

Deus, qui néminem in te sperántem nímium afflígī permittis, sed pium précibus præstas audítum: pro po-

stulatiōnibus nostris, votisque suscep̄tis grātias ágimus, te, piissime, deprecántes; ut a cunctis semper muniámur adver̄sis. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: qui tecum vivit, et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

DE PROCESSIONE

In translatione Saerarum Reliquiarum insignium.



Ehesit, et via, per quas transeundum est, quam fieri potest, decentius ornentur. Sacerdotes, et ministri vestibus induiti albi, vel rubei coloris, prout Sancti, quorum Reliquiae transfor̄untur, exposcent, et cum luminaribus acropis, omnes procedant, decantantes Litanias cum invocatione Sanctorum, quorum Reliquiae deferuntur, et Hymnum, Te Deum, etc. et Psalm. **Laudáte Dóminum de cœlis**, cum duabus sequentibus, et alias Psalmos, et Hymnos de Proprio, vel de Communi eorum Sanctorum, priorum Reliquia transfor̄untur



DE EXORCIZANDIS OBSESSIS A DÆMONIO

Nacerdos, seu quivis alias legemus Ecclesie minister, vexatos a dæmoni exorcizaturns, ea qua pars est pietate, prudentia, ac virtutis integritate præditus esse debet: qui non sua, sed divina fatus virtute, ab omni rerum humanarum cupiditate alienus, tam pium opus ex charitate constanter et humiliiter exequatur. Hunc preterea maturetatis esse decet, et non solum officio, sed etiam morum gravitate reverendum.

Ut igitur suo munere recte fungatur, cum alia multa sibi utilia documenta, quae brevitatis gratia hoc loco praetermittuntur, ex probatis auctoribus, et ex usu noscere studeat; tum haec panca magis necessaria diligenter observabit.

In primis, ne facile eredat, aliquem a dæmonio obsessum esse, sed nota habeat ea signa, quibus obsesus dignoscitur ab iis, qui vel atrabilis, vel morbo aliquo laborant. Signa autem obsidentis dæmonis sunt: Ignota lingua loqui pluribus verbis, vel loquentem intelligere: Distantia, et occulta patefacere: Vires supra etatis, seu conditionis naturam ostendere: et id genus alia, quæ cum plurima concurrunt, majora sunt indicia.

Hæc autem ut magis cognoscat, post unum, aut alterum exorcismum interroget obsessum, quid senserit in animo, vel in corpore, ut sciat etiam ad quemam verba magis diaboli conturbentur, ut ea deinceps magis inculpet ac repetat.

Advertat, quibus artibus ac deceptionibus utantur dæmones ad Exorcistam decipiendum: solent enim ut plurimum fallaciter respondere, et difficile se manifestare, ut Exorcista diu defatigatus desistat; aut infirmus videatur non esse a dæmonio vexatus.

Aliquando postquam sunt manifesti, abscondunt se, et relinquunt corpus quasi liberum ab omni molestia, ut infirmus putet se omnino esse liberatum: sed cessare non debet Exorcista, donec viderit signa liberationis.

Aliquando etiam dæmones ponunt quæcumque possunt impedimenta, ne infirmus se subjiciat exorcismis, vel conantur persuadere infirmitatem esse naturalem; interdum in medio exorcismi faciunt dormire infirmum, et ei visionem aliquam ostendunt, subtrahendo se, ut infirmus liberatus videatur.

Aliqui ostendunt factum maleficium, et a quibus sit factum, et modum ad illud dissipandum: sed caveat, ne ob hoc ad magos, vel ad sagas, vel ad alios, quam ad Ecclesiæ ministros confugiat, aut ulla superstitione, aut alio modo illicito utatur.

Quandoque diabolus infirmum quiescere, et suscipere sanctissimam Eucharistiam permittit, ut discessisse videatur.

De iiii pte innumerabiles sunt arces et fraudes diaboli ad decipendum hominem, quibus ne fallatur. Exorcista cautus esse debet.

Quare memor Dominum nostrum dixisse, genus esse demoniorum, quod non ejicitur nisi per orationem et jejunium, *Matth. 17. 1* hec duo potissimum remedia ad impetrandum divinum auxilium, diemonesque pellendos, exemplo Ss. Patrum, quoad ejus fieri poterit, tum per se, tum per alios curat adhiberi.

In Ecclesiam, si commode fieri potest, vel in aliud religiosum et honestum locum seorsum a multitudo perductus energumenus, exorcizetur; sed si fuerit agrotus, vel persona nobilis, vel alia homœsta de causa, in domo privata exorcizari poterit.

Admonetur obsessus, si mente et corpore valeat, ut pro se oreat Deum, ac jejunet, et sacra Confessione et Communione sepius ad arbitrium Sacerdotis se communiat; et dum exorcizatur, totum se colligat, et ad Deum convertat, ac firma fide salutem ab eo depositat cum omni humilitate. Et eum vehementius vexatur, patienter sustineat, nihil diffidens de auxilio Dei.

Habeat præ manubias, vel in conspectu Crucifixum. Reliquie quoque Sanctorum, ubi haberi possint, decenter ac tuto colligatae, et cooperatae, ad pectus, vel al. caput obessi reverenter admoventur; sed caveatur, ne res sacre indigne tractentur, aut illis a daemone ulla fiat injuria. Sanetissima vero Eucharistia super caput obessi, aut aliter ejus corpori non admoventur, ob irreverentie periculum.

Exorcista ne vagetur in multiloquio, aut supervacueis vel curiosis interrogationibus, praesertim de rebus futuris et occultis, ad summum nimis non pertinentibus; sed habeat immundum spiritum facere, et ad interrogata tantum respondere; neque ei credatur, si daemón simularet se esse animam aliquius Sancti, vel defuncti, vel Angelum bonum.

Necessariae vero interrogationes sunt, ut de numero et nomine spirituum obsidentium, de tempore quo ingressi sunt, de causa, et aliis hujusmodi. Caeteras autem daemonis nugas, risus, et ineptias Exorcista cohipeat, aut contemnat, et circumstantes, qui pauci esse debent, admoneat, ne haec ercent, neque ipsi interrogent obsessum; sed potius humiliter et enixe Deum pro eo preventur.

Exorcismos vero faciat ac legat cum imperio, et auctoritate, magna fide, et humilitate, atque fervore; et cum viderit spiritum valde torqueri, tunc magis instet et urgeat. Et quoties viderit ob essum in aliqua corporis parte commoveri, aut pungi, aut tumorem alicubi apparere, ibi faciat signum Crucis, et Aqua benedicta aspergat, quam exorcizando in promptu habeat.

Observet etiam ad que verba daemones magis contremiscant, et ea sepius repeat; et quando pervenerit ad communionem, eam iterum et sepius proferat, semper penam augendo; ac si videat

e sanctis.
ad deej-
sse debet.
e demonio,
Matth.
num au-
to ad ejus
diligiosum
sumenus,
, vel alia
o se oret
epius ad
r, totum
ab eo de-
vexatur.

Reliquiae
olligatice,
admove-
nt illis a
a super
b irreve-

neis vel
ocentis,
m spiri-
e ei cre-
neti, vel
nomine
ausa, et
inceptias
i pauci
errogent
eo pre-

toritate,
spiritum
viderit
ant tu-
a bene-

cent, et
m, eam
i videat

se proficere, in ipsa perseveret per duas, tres, quatuor horas, et amplius prout poterit, donec victoriam consequatur.

Caveat proinde Exorcista ne ullam medicinam infirmo obpresso praebeat, aut suadeat; sed hanc enram medicis relinquat.

Mulierem exorcizans, semper secum habeat honestas personas, que obsessam teneant, dum exagitatur a diemonio; quae quidem personae sint patienti, si fieri potest, cognitione proximae; atque honestatis memor Exorcista caveat, ne quid dicat, vel faciat, quod sibi, aut aliis occasio esse possit pravae cogitationis.

Dum exorcizat, utatur sacre Scripturie verbis potius, quam suis, aut alienis. Jubeatque demonem dicere, an detineatur in illo corpore ob aliquam operam magicam, aut malefica signa, vel instrumenta, que si obsessus sumpserit, evomat; vel si alibi extra corpus fuerint, ea revelet; et inventa comburantur. Monatur etiam obsessus, ut tentationes suas omnes Exorcistis patefaciat.

Si vero obsessus liberatus fuerit, moneatur, ut diligenter sibi caveat a peccatis, ne occasionem demoni praebeat in ipsum reverendi, ne fiant novissima hominis illius pejora prioribus.

Itaque Sacerdos, sive alias Exorcista, rite confessus, aut saltem corde peccata sua detestans, peracto, si comode fieri potest, Ss. Missae sacrificio, divinoque auxilio suis precibus implorato, superpelliceo et stola violacea, cuius extrema pars ad obsessi collum circumponatur, in latus, et coram se habens obsessum ligatum, si fuerit periculum, cum, se, et astantes communiat signo Crucis, et asperget Aqua benedicta, et genibus flexis, aliis respondentibus, dicat Litanius ordinarias usque ad Preses inclusive.

In fine. Antiphona. Ne reminiscaris, Dómine, delicta nostra, vel paréntum nostrorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris.

Pater noster. *secreto*

S Et ne nos inducas in tentationem.

R Sed libera nos a malo.

Psalmus 53.

Deus, in nōmine tuo salvum me fac : * et in virtute tua jūdica me.

Deus, exaudi oratiōnem meam : * auribus pēcipe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt adversum me, et fortes quæsíerunt ánimam meam : * et non proposuérunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me : * et Dóminus suscéptor est animæ meæ.

Avérte mala inimicis meis : * et in veritatem tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitébor nōmini tuo, Dómine, quóniam bonum est :

Quóniam ex omni tribulatiōne eripuisti me : * et super inimicos meos despéxit oculus meus.

Glória Patri, etc.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Esto ei, Dómine, turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Mitte ei, Dómine, auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere eum.

V. Dómine, exaudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

(rémus.

Deus, cui prōprium est misereri semper et párcere : suscipe deprecationem nostram, ut hunc fámulum

tuum (vel fámulum tuam), quem (vel quam) delictórum caténa constringit, miserátio tue pietatis eleménter absolvat.

Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus, Pater Dómini nostri Jesu Christi; qui illum réfugam tyránum et apóstatam gehénnae ignibus deputásti; qui que Unigénitum tuum in hunc mundum misísti, ut illum rugiéntem contéreret: velóciter atténde, accélera, ut erípias hóminem ad imáginem et similitúdinem tuam creátum, a ruína, et dæniólio meridiáno. Da, Dómine, terrórem tuum super béstiam, quae extérminat víneam tuam. Da fidúciam servis tuis contra nequissimum dracónem pugnare fortissime, ne contémnat sperántes in te, et ne dicat, sicut in Pharaóne, qui jam dixit: Deum non novi, nec Israel dimítto. Urgeat illum déxtera tua potens discedere a fámulo tuo N. (vel a fámula tua N.) , ne diútius præsumat captívum tenére, quem tu ad imáginem tuam fácerē dignátus es, et in Fílio tuo redemísti: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Deinde præcipiat diem in modum

Præcipio tibi, quicúmque es, spíritus immunde, et omnibus sóciis tuis hunc Dei fámulum obsidéntibus; ut per mystéria Incarnatiónis, Passiónis, Resurrectiónis, et Ascensiónis Dómini nostri Jesu Christi, per missiōnem Spíritus Sancti, et per advéntum ejúsdem Dómini nostri ad judicium, dicas mihi nomen tuum, diem, et horam éxitus tui, cum aliquo signo: et, ut mihi Dei ministro, licet indígnus, prorsus in ómnibus obédias: neque hanc creatúram Dei, vel circumstántes, aut eórum bona ullo modo offéndas.

Deinde legantur super obsecsum hæc Evangelia, vel unum, aut alterum.

Léctio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

I Hoc dicens, signat se et obsecsum iu fronte, oculis
et pectore.

In princípio erat Verbum, etc. fol. 123.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum. Mare. 15

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit, et baptizátus fúerit, salvus erit : qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa áutem eos, qui credíderint, hæc sequéntur : In nómine meo dæmónia ejícient : linguis loquéntur novis : serpéntes tolent : et si mortíferum quid bíberint, non eis nocébit : super aëgros manus impónent, et bene habébunt.

Léctio sancti Evangélii secundum Lucam. Luc. 10

In illo témpore : Revérsi sunt septuagínta duo cum gáudio, dicéntes ad Jesum : Dómine, étiam dæmónia subjiciúntur nobis in nómine tuo. Et ait illis : Vidébam sátanam sicut fulgor de cœlo cadéntem. Ecce dedi vobis potestátem calcándi supra serpéntes, et scorpiones, et super omnem virtútem inimíci : et nihil vobis nocébit. Verúmtamen in hoc nolíte gaudére, quia spíritus vobis subjiciúntur : gaudéte áutem, quod nómina vestra scripta sunt in cœlis.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam. Luc. 11

In illo témpore : Erat Jesus ejícieus dæmónium, et il lud erat mutum. Et cum ejecísset dæmónium, locútus est mutus, et admirátæ sunt turbæ. Quidam áutem ex eis dixérunt: In Beélzebub príncipe dæmoniòrum ejicit dæmónia. Et álii tentántes, signum de cœlo querébant ab eo. Ipse áutem ut vidi cogitationes eórum, dixit eis:

Omne regnum in seípsum divísum desolábitur, et domus supra domum eadet. Si áutem et Sátanas in seípsum divíssus est, quómodo stabit regnum ejus ? quia díceitis in Beélzebub me ejícere dæmónia. Si áutem ego in Beélzebub ejício dæmónia, filii vestri in quo ejíciunt ? Ideo ipsi júdices vestri erunt. Porro si in dígito Dei ejício dæmónia : profécto pervénit in vos regnum Dei. Cum fortis armátus custódit átrium suum, in pace sunt ea, quæ pòssidet. Si áutem fórtior eo supervéniens vícerit eum, univérsa arma ejus áuferet, in quibus confidébat, et spólia ejus distríbuet.

- V. Dómine, exáudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíritu tuo.

() rémus.

() mniópotens Dómine, Verbum Dei Patris, Christe Jesu, Deus et Dóminus univérsae creatúræ: qui Sanctis Apóstolis tuis dedísti potestátem calcándi super serpentes et scorpiones : qui inter cætera mirabílum tuórum præcépta dignátus es díccere : Dæmones effugáte : eujus virtúte motus tamquam fulgur de cœlo Sátanas cécidit : tuum sanctum Nomen cum timóre et tremóre supplíciter déprecor, ut indigníssimo mihi servo tuo, data vénia ómnium delictórum meórum, constántem fidem, et protestátem donare dignérís, ut hunc erudélem dæmonem, bráchii tui sancti munítus poténtia, fidénter et secúrus aggrediar : per te, Jesu Christe Dómine Deus noster, qui ventúrus es judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Deinde muniens se et obsessum signo Crucis, circumposita parte stola ad collum ejus, et dextera manu

sua capiti ejus imposita, constanter, et magna cum fide dicat ea que sequuntur.

V. Ecce Crucem Dómini, fúgite partes adverſae.

R. Vicit leo de tribu Juda, radix David.

V. Dómine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíitu tuo.

Oremus.

Oratio.

Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, ínvoeo nomen sanctum tuum, et clementiam tuam supplex expósoeo ; ut adverſus hunc, et omnem immundum spíritum, qui vexat hoc plasma tuum, mihi auxílium præstare dignéris. Per eúndem Dóminum nostrum.

Exorcismus.

Exorcizo te, immundissime spíritus, omnis incúrsio aduersarii, omne phantasma, omnis legio ; in nōmine Dómini nostri Jesu  Christi eradicare, et effugare ab hoc plásmate Dei.  Ipse tibi ímparat, qui te de supernis cœlorum in inferiora terræ demergi præcepit. Ipse tibi ímparat, qui mari, ventis, et tempestatibus imperavit. Audi ergo, et time, Sátana, inimice fidei, hostis géneris humáni, mortis adductor, vitæ ráptor, justitiæ declinátor, malorum radix, fomes vitiórum, seductor hominum, próditor géntium, incitátor invídiae, origo avaritiæ, cásusa discordiæ, excitátor dolórum : quid stas, et resistis, cum scias Christum Dóminum vias tuas pérdere ? Illum métue, qui in Isaiae immolátus est, in Joseph venúndatus, in agno occísus, in homine crucifixus, deinde inféjni triumphátor fuit. Sequentes Cruces fiant in fronte obsecsi. Recéde ergo in nōmine Patris,  et

Fili, ☧ et Spíritus ☧ Sancti: da locum Spíritui Sancto,
per hoc signum sanctæ ☧ Crucis Jesu Christi Dómini no-
stri: Qui cum Patre, et eodem Spíritu Sancto vivit, etc.

V. Dómine, exándi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

I)eus, cónditor et defénsor gérēris humáni, qui hómī-
nem ad imáginem tuam formásti: respice super hunc
fámulum tuum N. (vel) hanc fámulam tuam N.) qui (vel
quæ) dolis immúndi spíritus appétitur, quem vetus ad-
versárius, antiquus hostis terræ, fórmidinis horróre cir-
cúmvolut, et sensum mentis humánae stupóre défigit, ter-
rōre contúrbat, et metu trépidi timóris exágitat. Repélle,
Dómine, virtútem diáboli, fallacésque ejus insídias ámove:
procul ímpius tentátor aufúgiat: sit nóm̄inis tui signo ☧
(in fronte) fámulus tuus munítus, et in ánimo tutus et
córpo (Tres Cruces sequentes stant in pectore demoni-
aci) Tu péctoris ☧ hujus intérna custódias. Tu vísee-
ra ☧ regas. Tu ☧ cor confirmes. In ánima adversatícis
potestátis tentaménta evanéscant. Da, Dómine, ad hanc
invocatióne sanctissimi Nóm̄inis tui grátiam, ut qui
hucúsque terrébat, térritus aufúgiat, et victus abscedat,
tibique possit hic fámulus tuus et corde firmátus, et
mente sincérus débitum præbère famulátum. Per Dómi-
num nostrum. R. Amen.

Exorcismus.

A djúro te, sérpens antiqué, per Júdicem * vivórum et
mortuórum, per factórem tuum, per factórem mundi:
per eum, qui habet potestátem mítttere te in gehénnam,
ut ab hoc fámulo Dei N., qui ad Ecclésiæ sinum recúr-
rit, cum mætu, et exércitu furóris tui festínas discedas.

Adjúro te íterum † (in fronte) non mea infirmitáte, sed virtúte Spíritus Sancti, ut éx eas ab hoc fámulo Dei N., quem omnípotens Deus ad imáginem suam fecit. Cede ígitur, cede non mihi, sed minístro Christi. Illús enim te urget potéstas, qui te Crucis suæ subjugávit. Illús bráchium contremísce, qui devictis gemítibus inférni, ániam ad lucem perdúxit. Sit tibi terror corpus hóminis † (in pectore), sit tibi formido imágis Dei † (in fronte). Non resístas, nec moréris discédere ab hómine isto, quóniam complácuit Christo in hómine habitáre. Et ne contemnéndum putes, dum me peccatórem nimis esse cognóscis. Imperat tibi Deus. † Imperat tibi majéstas Christi. † Imperat tibi Deus Pater †, imperat tibi Deus Fílius †, imperat tibi Deus Spíritus † Sanctus. Imperat tibi Sacraméntum Crucis. † Imperat tibi fides Sanctórum Apostolórum Petri et Páuli, et caeterórum Sanctórum. † Imperat tibi Mártyrum sanguis. † Imperat tibi con-tinéntia Confessórum. † Imperat tibi pia Sanctórum et Sanctárum ómnium intercéssio. † Imperat tibi Chris-tiánæ fidei mysteriorum virtus. † Exi ergo transgréssor, exi sedúctor, plene omni dolo et fallácia, virtútis inimíce, innocéntium persecútor. Da locum, diríssime; da locum, impíissime; da locum Christo, in quo nihil invenísti de opéribus tuis: qui te spoliávit, qui regnum tuum destrúxit, qui te victum ligávit, et vasa tua dirípuit: qui te projécit in ténebras extériores, ubi tibi eum minístris tuis erit præparátus intéritus. Sed quid truculénte renitéris? quid temerárie detréctas? Reus es omnípoténti Deo, cuius statúta transgréssus es. Reus es Jesu Christo Dómino nostro, quem tentáre ásus es, et cruefigere præsumpsísti. Reus es humáno géneri, cui tuis persua-siónibus venénum propinásti.

Adjúro ergo te, draco nequíssime, in nómine Agni †

immaculáti, qui ambulávit super áspidem et basilíscum, qui conculcávit leónem et draéonem, ut discédas ab hoc hómine **¶** (fiat signum Crucis in fronte), discédas ab Ecclésia Dei **¶** (fiat signum Crucis super círcumstantes): contremísce, et effúge, invocáto nómine Dómini illiūs, quem ínferi tremunt: cui Virtútes cœlórum, et Potestátes, et Dominatiónes subiectæ sunt: quem Chérubim et Séraphim indeféssis vócibus láudant, dicéntes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Imperat tibi Verbum **¶** caro factum. Imperat tibi natus **¶** ex Vírgine. Imperat tibi Jesus **¶** Nazarénus, qui te, cum disípulos ejus contémneres, elísum, atque prostrátum exíre præcepít ab hómine: quo præsénte, cum te ab hómine separáset, nec porcórūm gregem íngredi præsumébas. Recéde ergo nunc adjurátus in nómine ejus **¶** ab hómine, quem ipse plasmávit. Durum est tibi velle résistere. **¶** Durum est tibi contra stímulum calcitráre. **¶** Quia quanto tárdius exis, tanto magis supplícium erescit, quia non hómines conténnis, sed illum, qui dominátor vivórum et mortuórum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem. R. Amen.

V. Dómine, exaudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Crémus.

Dóminus cœli, Deus terræ, Deus Angelórum, Deus Archangelórum, Deus Prophetárum, Deus Apostolórum, Deus Mártyrum, Deus Vírginum, Deus, qui potestátem habes donáre vitam post mortem, réquiem post labórem; quia non est álius Deus præter te, nec esse pôterit verus, nisi tu, Cœrator cœli et terræ, qui verus Rex es, et eu-jus regni non erit finis: humíliter majestáti glóriæ tuæ

súpplico, ut hunc fámulum tuum de immundis spíritibus
liberáre dignéris, per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Exorcismus.

Adjúro ergo te, omnis immundissime spíritus, omne phantasma, omnis incúrsio Sátanæ, in nómine Jesu Christi **¶** Nazaréni, qui post lavácrum Joannis, in désertum ductus est, et te in tuis sédibus vicit : ut quem ille de limo terræ ad honórem glóriæ suæ formávit, tu désinas impugnáre : et in hómine miserábili non humánam fragilitátem, sed imáginem omnipoténtis Dei contremíseas. Cede ergo Deo **¶**, qui te, et malítiam tuam in Pharaóne, et in exércitu ejus per Móysem servum suum in abyssum demérsit. Cede Deo **¶** qui te per fidelissimum servum suum David, de Rege Sáule spirituálibus cánticis pulsum fugávit. Cede Deo **¶**, qui te in Juda Iscarióte proditóre damnávit. Ille enim te divinis **¶** verbéribus tangit, in cuius conspéctu cum tuis légionibus tremens et clamans dixisti : Quid nobis et tibi, Jesu, Fili Dei altíssimi ? Venísti hue ante tempus torquére nos ? Ille te perpétuis flámmis urget, qui in fine témporum dictúrus est ímpiis : Discédite a me, maledícti, in ignem ætérrnum, qui parátus est diábolo, et ángelis ejus. Tibi enim, ímpie, et ángelis tuis vermes erunt, qui numquam moriéntur. Tibi, et ángelis tuis inextinguibile præparátur incéndium ; quia tu es prínceps maledícti homocíddii, tu áuctor incéstus, tu sacrilegórūm caput, tu actiónum pessimárūm magíster, tu hæreticórūm doctor, tu totius obscénitatis invéntor. Exi ergo **¶**, ímpie, exi **¶**, sceleráte, exi cum omni fallácia tua : quia hóminen templum suum esse voluit Deus. Sed quid diútius moráris hic ? Da honórem Deo Patri **¶** omnipoténti, cui omne genu fléctitur. Da locum Dómino Jesu Christo **¶**, qui

pro hómine Sanguinem suum sacratissimum fudit. Da locum Spíritui **¶** Sancto, qui per beatum Apóstolum suum Petrum te maniféste stravit in Simónem mago; qui falláciā tuam in Ananía et Saphíra condemnávit; qui te in Heróde honórem Deo non dante percússit; qui te in magno Elyma per Apóstolum suum Páulum cæcitatís calígine pérdidit, et per eúmidem de Pythoníssa verbo ímparans exíre præcepit. Discéde ergo nunc **¶**, discéde **¶** seductor. Tibi erémus sedes est. Tibi habitatio serpens est: humiliare, et prostérnere. Jam non est differéndi tempus. Ecce enim Dominátor Dóminus próximat cito, et ignis ardébit ante ipsum, et præcedet, et inflammábit in circúitu inimicos ejus. Si enim hóminem fefelleris, Deum non póteris irridére. Ille te ejicit, cujus oculis nihil occúltum est. Ille te expéllit, cujus virtuti univérsa subjécta sunt. Ille te exclúdit, qui tibi, et ángelis tuis præparávit aétérnam gehénnam; de cuius ore exíbit gládius acútus; qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Praedieta omnia, quatenus opus fuerit, repeti possunt, donec obsessus sit omnino liberatus.

Juvabit præterea plurimum haec, que infra notentur, super obsessum devote dicere, saepèque repetero. **Pater noster. Ave Maria. Credo.**

Canticum. **Magnificat.** fol. 163.

Canticum. **Benedictus.** fol. 196.

Symbolum S. Athanasii.

Qui eúmque vult salvus esse, * ante ómnia opus est, ut téneat Cathólicam fidem.

Quam nisi quisque íntegram, inviolatámque serváverit; * absque dúbio in aétérnum períbit.

Fides autem Cathólica haec est: * ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes personas, * neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, * alia Spiritus Sancti.

Sed Patris, et Filii, et Spiritus Sancti una est divinitas, * aequalis gloria, coeterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, * talis Spiritus Sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, * increatus Spiritus Sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, * immensus Spiritus Sanctus.

Aeternus Pater, aeternus Filius, * aeternus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres aeterni, * sed unus aeternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, * sed unus increatus, et unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, * omnipotens Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, * sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, * Deus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Dii, * sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, * Dominus Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Domini, sed unus est Dominus.

Quia sicut singillatim unanimque personam Deum ac Dominum confiterti Christiana veritate compellimus, * ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus, * nec creatus, nec genitus.

Filius a Patre solo est, * non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus Sanctus a Patre et Filio, * non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres, unus Filius, non tres Filii, * unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, * sed totae tres personae coeternae sibi sunt, et coequalis.

Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, * et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, * ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad aeternam salutem, * ut incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fidelieriter credat.

Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, * quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus et homo est.

Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus, * et homo est ex substantia matris in saeculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, * ex anima rationali, et humana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum divinitatem : * minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit, et homo, * non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem non conversione divinitatis in carnem, * sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino non confusione substantiae, * sed unitate personae.

Nam sicut anima rationalis, et caro unus est homo : * ita Deus, et homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, * tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad celos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis; * inde venturus est judicare vivos et mortuos.

Ad eujus adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, * et reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam aeternam; * qui vero mala, in ignem aeternum.

Haec est fides Catholica: * quam nisi quisque fideleriter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Glória Patri, etc.

Psalm. Qui hábitat, etc. fol. 122.

Psalmus 67.

Exurgat Deus, et dissipentur inimici ejus, * et fugiant qui odérunt eum, a facie ejus.

Sicut deficit fumus, deficiant: * sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.

Et justi epulentur, et exultent in conspectu Dei: * et delectentur in laetitia.

Cantate Deo, psalmum dicite nomini ejus: * iter facite ei, qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi.

Exultate in conspectu ejus, * turbabuntur a facie ejus, patris orphanorum, et iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo: * Deus, qui inhabitare facit unius moris in domo:

Qui educit vincentes in fortitudine, * similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus, cum egravereris in conspectu populi tui, * cum pertransires in deserto:

Terra mota est, etenim coeli distillaverunt a facie Dei Sinai, * a facie Dei Israel.

Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hereditati
tuæ : * et infirmata est, tu vero perfecisti eum.

Animalia tua habitabunt in ea : * parasti in dulcedine
tua pauperi, Deus.

Dominus dabit verbum evangelizantibus, * virtute
multa.

Rex virtutum dilecti dilecti : * et speciei domus di-
videre spolia.

Si dormiatis inter medios clerros, pennae columbae
deargentatae, * et posteriora dorsi ejus in pallore auri.

Dum discernerit coelstis reges super eam, nive deal-
babuntur in Selmon : * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis : * ut quid suspicamini
montes coagulatos ?

Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo : *
etenim Dominus habitabit in finem.

Currus Dei decem milibus multiplex, milia laetan-
tium : * Dominus in eis in Sina in sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captivitatem : * accepisti
dona in hominibus :

Etenim non credentes, * inhabitare Dominum Deum.

Benedictus Dominus die quotidie : * prosperum iter
facieat nobis Deus salutarium nostrorum.

Deus noster, Deus salvos faciendo : * et Domini, Domini
exitus mortis.

Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum : * verticem capilli perambulantum in delictis suis.

Dixit Dominus : Ex Basan convertam, * convertam
in profundum maris.

Ut intingatur pes tuus in sanguine : * lingua canum
tuorum ex inimicis, ab ipso.

Viderunt ingressus tuos, Deus, * ingressus Dei mei :
regis mei qui est in sancto.

Priuenérunt príncipes conjúncti psalléntibus, * in medio juvenculárum tympanistriárum.

In Ecclésiis benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Israel.

Ibi Bénjamín adolescéntulus, * in mentis excéssu.

Príncipes Juda, duces eórum : * príncipes Zábulon, príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tue : * confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúsalem, * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vacuis populórum : * ut exclúdant eos, qui probáti sunt argénto.

Díssipa gentes, quæ bella volu : vénient legáti ex Ægypto : * Æthiópia prævéniet us ejus Deo.

Regna terræ, cantáte Deo : * psállite Dómino :

Psállite Deo, qui ascéndit super cœlum cœli, * ad Oriéntem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtútis, date glóriam Deo super Israel, * magnificéntia ejus, et virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtútem, et fortitúdinem plebi suæ, * benedictus Deus.

Glória Patri, etc.

Psalmi : Deus in adjutórium. fol. 109.

Deus in nómine tuo. fol. 308.

Confitémini Dómino. fol. 140.

Psalmus 34.

Júdica, Dómine, nocéntes me, * expúgna impugnáutes me.

Apprehénde arma et seutum : * et exúrge in adjutórium mihi.

Effunde frámeam, et conclúde adverſus eos, qui persequíntur me : * die ánimae meae : Salus tua ego sum.

Confundántur et revereántur, * queréntes ánimam meam.

Avertántur retrórsum, et confundántur * cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam pulvis ante fáciem venti : * et angelus Dómini coáretans eos.

Fiat via illórum ténebrie et lúbricum : * et angelus Dómini pérsequens eos.

Quóniam gratis abscondérunt mihi intéritum láquei sui : * superváeue exprobavérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus, quem ignórat, et cáptio, quam abscondít, apprehéndat eum : * et in láqueum cadat in ipsum.

Anima áutem mea exultábit in Dómino : * et delectábitur super salutári suo.

Omnia ossa mea dicent : * Dómine, quis similis tibi ?

Erípiens ínopem de manu fortíorum ejus : * egénum et páuperem a diripiéntibus eum.

Surgéntes testes iníqui, * quæ ignorábam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis : * sterilitátem ánimae meae.

Ego áutem cum mihi moléstii essent, * induébar cilicio.

Humiliábam in jejúnio ánimam meam : * et orálio mea in sinu meo convertétur.

Quasi próximum, et quasi fratrem nostrum, sic complacébam : * quasi lugens et contristátus sie humiliábar,

Et adverſum me lætáti sunt, et convenérunt : * congregáta sunt super me flagélla, et ignorávi.

Dissipáti sunt, nec compúncti, tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatióne : * frenduérunt super me dentibus suis.

Dómine, quando respicies ? * restitue ánimam meam
a malignitate eorum, a leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in ecclésia magna, * in pópulo gravi
laudábo te.

Non supergáudeant mihi qui adversántur mihi ini-
que : * qui odérunt me gratis et ánnunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacífice loquebántur : * et in
íracúndia terrae loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum : * dixérunt : Euge,
euge, vidérunt óculi nostri.

Vidísti, Dómine, ne síleas : * Dómine, ne discédas
a me.

Exúrge, et inténde judício meo : * Deus meus, et Dó-
minus meus in cásam meam.

Júdica me secúnduim justítiam tuam, Dómine Deus
meus, * et non supergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus suis : Euge, euge, ánimæ no-
stræ : * nec dicant : Devorávimus eum.

Erubéscant et revereántur simul, * qui gratulántur
malis meis.

Induántur confusióne et reveréntia, * qui magna lo-
quúntur super me.

Exúltent et læténtur qui volunt justítiam meam : *
et dicant semper : Magnificétur Dóminus, qui volunt pa-
cem servi ejus.

Et lingua mea meditábitur justítiam tuam, * tota die
láudem tuam.

Glória Patri, etc.

Psalmus 30

In te, Dómine, sperávi, non confundar in etérnum : *
in justitia tua líbera me.

Inclina ad me áurem tuam, * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Dæmum protectórem : et in domum refúgii, * ut salvum me fáciás.

Quóniam fortitúdo mea et refúgitum meum es tu : * et propter nomen tuum dedicás me, et enútries me.

Edúcēs me de láqueo hoc, quem abseondérunt mihi : * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum : * redemísti me, Dómine Deus veritatis.

Odísti observántes vanitátes, * superváeue.

Ego áutem in Dómino sperávi : * exultábo, et letábor in misericórdia tua.

Quóniam respexísti humilitátem meam, * salvásti de necessitatibus ánimag meam.

Nec conclusísti me in mánibus inimici : * statuísti in loco spatióso pedes meos.

Miserére mei, Dómine, quóniam tríbulor : * conturbátus est in ira óculus meus, ánima mea, et venter meus :

Quóniam defécit in dolore vita mea : * et anni regni in gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea : * et ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium et vicínis meis valde : * et timor notis meis.

Qui vidébant me, foras fugérunt a me : * oblivióni datus sum, tamquam mórtuus a corde.

Factus sum tamquam vas pérditum : * quóniam attídivi vituperatiómem multótum commorántium in circuítu.

In eo dum convenírent simul adversum me, * accípere ánimag meam consiliáti sunt.

Ego áutem in tespérávi, Dómine : * dixi : Deus meus es tu : in mánibus tuis sortes meae.

Eripe me de manu inimicorum meórum, * et a persequéntibus me.

Illústra fáciem tuam super servum tuum, salvum me fac in misericórdia tua : * Dómine, non confundar, quóniam invocávi te.

Erubéscant impii, et deducántur in inférnum : * mutant lábia dolosa.

Quae loquuntur advérsus justum iniquitátem, * in supérbia, et in abusióne.

Quam magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * quam abscondísti timéntibus te !

Perfecísti eis, qui sperant in te, * in conspéctu filiorum hóminum.

Abscónedes eos in abscondito faciéi tuæ * a conturbatióne hóminum.

Próteges eos in tabernáculo tuo * a contradiccióne linguárum.

Benedíctus Dóminus : * quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte muníta.

Ego áutem dixi in excéssu mentis meæ : * Projéctus sum a fácie oculórum tuórum.

Ideo exaudísti vocem oratiónis meæ, * dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum omnes sancti ejus : * quóniam veritátem requíret Dóminus, et retríbuet abundántur faciéntibus supérbiā.

Viríliter ágite, et confortétur cor vestrum, * omnes qui sperátis in Dómino.

Glória Patri, etc.

Psalmus 21.

Leus, Deus meus, résponce in me : quare me dereliquísti ? * longe a salúte mea verba delictórum meórum,

Deus meus, clamábo per diem, et non exáudies : * et nocte, et non ad insipiéntiam mihi.

Tu autem in sancto habitas, * laus Israël.

In te speraverunt patres nostri : * speraverunt, et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt : * in te speraverunt, et non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, et non homo : * opprobrium hominum, et abiectio plebis.

Omnis videntes me, deriserunt me : * locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Dómino, eripiat eum : * salvum faciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extraxisti me de ventre : * spes mea ab ubéribus matris meae. In te projectus sum ex útero :

De ventre matris meae Deus meus es tu, * ne discésseris a me :

Quóniam tribulatio proxima est : * quóniam non est qui adjuvet.

Circumdedérunt me vituli multi : tauri pingues ob-sedérunt me.

Aperiérunt super me os suum, * sicut leo rápiens et rúgiens

Sicut aqua effusus sum : * et dispérsa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquéscens * in médio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhæsit fáueibus meis : * et in púlverem mortis deduxisti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi : * concílium malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas et pedes meos : * diminu-
runt ómnia ossa mea.

Ipsi vero consideravérunt, et inspexérunt me : * di-
visérunt sibi vestiménta mea, et super vestem meam
misérunt sortem.

Tu áutem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum a
me : * ad defensiónem cónspice.

Erue a frámea, Deus, ánima meam : * et de manu
canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis : * et a córnibus unicórniū
humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis : * in médio ec-
clésiae laudábo te.

Qui timétis Dóminum, laudáte eum : * univérsu
semen Jacob glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen Israel : * quóniam non spre-
vit, neque despéxit deprecationem páuperis :

Nee avértil fáciem suam a me : * et cum clamárem
ad eum exaudívit me.

Apud te laus mea in ecclésia magna : * vota mea
reddam in conspéctu timéntium eum.

Edent páuperes, et saturabúntur : et laudábunt Dó-
minum qui requírunt eum : * vivent corda eórum in
sæculum sæculi.

Reminiscéntur, et converténtur ad Dóminum * uni-
vérsi fines terræ :

Et adorábunt in conspéctu ejus * univérsæ familiæ
gentium.

Quóniam Dómini est regnum : * et ipse dominábi-
tur géntium.

Manducavérunt, et adoravérunt omnes pingues ter-
ræ : * in conspéctu ejus cadent omnes qui descéndunt
in terram.

Et ánima mea illi vivet : * et semen meum ser-
viet ipsi.

Annuntiabitur Dómino generátio ventúra : * et annuntiábunt cœli justitiam ejus pôpulo qui nascétur, quem fecit Dóminus.

Glória Patri, etc.

Psalmus 3.

Ómine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me ? * multi insúrgunt advérsum me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu áutem, Dómine, suscéptor meus es, * glória mea, et exáltans caput meum.

Voce mea ad Dóminum clámávi : * et exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, et soporátus sum : * et exsurréxi quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pôpuli circumdántis me : * exúrge, Dómine ; salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu pereüssísti omnes adversántes mihi sine cáusa : * dentes peccatórum contrívisti.

Dómini est salus : * et su^rp pôpulum tuum benedictio tua.

Glória Patri, etc.

Psalmus 10.

N Dómino confido ; quómodo dicitis ánimæ meæ : * Tránsmigra in montem sicut passer ?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt sagittas suas in pharetra, * ut sagíttent in obscuro rectos corde.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt ; * justus áutem quid fecit ?

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in cœlo sedes ejus :

Oculi ejus in páuperem respiciunt : * pálpebrae ejus intérrogant filios hóminum.

Dóminus intérrogat justum, et ímpium : * qui áutem díligit iniquitátem, odit ániam suam.

Pluet super peccatóres láqueos : * ignis, et sulphur, et spíritus procellárum pars cálicis eórum.

Quóniam justus Dóminus, et justítias diléxit : * aequitátem vedit vultus ejus.

Glória Patri, etc.

Psalmus 12.

¶ squequo, Dómine, oblívisciérис me in finem ? * usque-
quo avértis fáciem tuam a me ?

Quámdiu ponam consília in ánima mea, * dolórem
in corde meo per diem ?

Usquequo exaltábitur inimícus meus super me ? * re-
spice, et exáudi me, Dómíne Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne umquam obdórmiam in
morte : * ne quando dicat inimícus meus : Præválui ad-
vérsus eum.

Qui tríbulant me, exultábunt si motus fúero : * ego
áutem in misericórdia tua sperávi.

Exultábit cor meum in salutári tuo : cantábo Dó-
mino qui bona tríbuit mihi : * et psallam nómini Dó-
mini altíssimi.

Glória Patri, etc.

Oratio post liberationem.

() rámus te, Deus omnípotens, ut spíritus iniquitátis
ámplius non hábeat potestátem in hoc fámulo tuo
(vel fámula tua N.,) sed ut fúgiat, et non revertátur :
ingrediátur in eum (vel in eam) Dómine, te jubénte,
bónitas et pax Dómini nostri Jesu Christi, per quem
redéempti sumus, et ab omni malo non timeámus, quia
Dóminus nobíscum est. Qui vivit, et regnat cum Deo
Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula
sæculórum. R. Amen.

F O R M U L E S C R I B E N D A E

In libris habendis a Parochis.



Liber Baptizatorum habeatur in Ecclesiis, in quibus confertur Baptisma.

Liber Confirmatorum habeatur in Ecclesiis, in quibus confertur Chrisma.

Liber Matrimoniorum.

Liber Status animarum.

Liber Defunctorum habeatur etiam in omnibus Ecclesiis, in quibus defuncti sepeluntur.

H[abent] tres habeantur a quolibet Parocho.

Advertat in primis Parochus, ut in libris tam Baptizatorum, et Confirmatorum, quam Matrimoniorum, et Defunctorum exprimat semper non solum nomen personarum que ibi nominantur, sed etiam familiam.

Forma describendi Baptizatoe in primo Libro.

A nno Domini die mensis ego N. Parochus hujus Ecclesiae S. N. civitatis, vel loci N. baptizavi infantem natum die vel natam ex N. et N. conjugibus hujus Parochiae, vel Parochiae S. N. et ex tali patria, et familia, cui impositum est nomen N. Patrini fuerunt N. filius N. ex Parochia, seu loco N., et N. conjux N. filia N. ex Parochia, seu loco N.

Si infans non fuerit ex legitimo matrimonio talis nomen saltem alteris parentis, de quo expositus, scribatur commis tamen infamiae vitium occasione, si vero de neutro constat, ita scribatur: **Baptizavi infantem, eius parentes ignorantur, natum die, etc.** ut supra.

Si expositus sit infans, exprimuntur quo die, ubi, et a quo repertus, et quot dierum verisimiliter sit; et baptizetur sub conditione, si ignoratur fuisse baptizatum.

Si infans domi ob imminens mortis periculum baptizatus sit, tunc ita scribatur.

Anno . . . die . . . mensis . . . N. natus est N. filius N. et N. conjugum, etc. ut supra, quem ob imminens mortis periculum, in domo rite baptizavit N. obstetrix probata, vel N. filius N., ut mihi retulit N.

Si supervixerit infans, et ei adhibitis sint in Ecclesia serie cœremoniae, ita addatur :

Die ejusdem mensis ad Ecclesiam portatus est infans prædictus, ipsique ego Parochus sacras cœremonias et preeces adhibui, et N. nomen imposui.

Si forte non Parochus, sed alius baptizaverit, id exprimatur.

Si fuerit baptizatus sub conditione : Si non es baptizatus, etc. id pariter exprimatur.

Forma describendi Confirmatos in secundo Libro.

Anno . . . die . . . mensis . . . qui fuit dies . . . N. filius N. et N. conjugum, vel N. filia N. (et si fuerit nuptia addatur uxor N.) Sacramentum Confirmationis accepit a Reverendiss. D. N. Episcopo N. in Ecclesia S. N. civitatis N. loci N. Compater fuit N. filius N. Parochiæ S. N. civitatis, vel loci N.

Mariam descriprio in una pagina, seu prima facie folii : feminarum vero in altera sejunetim notetur.

Si Confirmatus nou constet, an ex legitimo Matrimonio genitus sit, vel Parentes ignorentur, serventur quod in Libro Baptizatorum est.

Forma describendi Conjugatores in tertio Libro.

Anno . . . die . . . mensis . . . Denuntiationibus præmissis tribus continuis diebus Festivis, quarum prima die . . . secunda die . . . tertia die . . . inter Missæ Parochialis solemnia habita est, nulloque legitimo impedimentoo detecto, ego N. Rector hujus Ecclesiæ Parochialis N. civi-

tatis, vel loci N. filium N. Parochiæ S. N. et N. filiam N. seu relictam q. (si fuerit vidua) hujus, seu Parochiæ S. N. in Ecclesia N. interrogavi, corumque mutuo consensu habito, solemniter per verba de præsenti Matrimonio conjunxi, præsentibus testibus notis N. filio N. qui habitat in Parochia S. N. et N. filio N. etc. et N. filio N. etc. postea eis ex ritu S. Matris Ecclesiæ (si tamen nuptias benedixerit), in Missæ celebratione benedixi.

Si unus ex his, qui Matrimonium contrahere voluerint, alterius Parochiæ fuerit, antequam admittatur, Parochus, in ejus Ecclesia Matrimonium celebrari debet, denuntiationum in ejus Parochia rite factarum fidem scriptam habent, quæ asservetur, et res tota exprimatur in ipsomet libro Matrimoniorum, hac ratione.

Denuntiationes ejus Matrimonii factæ sunt etiam a R. D. N. Parocho Ecclesiæ S. N. sub eius cura dictus N. vel dicta N. habitat, ut ex ipsius Parochi scripto servato apud me appareat. Denuntiationum autem prima facta est die . . . secunda die . . . tertia die . . . inter Missæ Parochialis solemnia, nullumque impedimentum canonicum detectum est.

Si autem alterius sit diversæ dioecesis, testimonium Parochi affirmantis denuntiationes esse rite præstata, nullius roboris censatur, nisi ab Episcopo, vel ab ejus Vicario Generali illius dioecesis subscripione et sigillo comprobatum, et ab Episcopo, seu ejus Vicario loci, ubi contrahitur Matrimonium, recognitum sit, ab eoque licentia contrahendi fuerit obtenta.

Ubi vero Ordinarii concessu, quod scripto constare debet, denuntiationes aliquæ differenda, aut omittenda, alterum sim, ita notemur:

Anno Domini . . . die . . . mensis . . . Denuntiationem una die festo rite facta, reliquis vero dilatis post Ma-

trimonii celebrationem ex facultate scripto concessa a Rev. N. seu Vicario N. sub die datis, etc. infrascripti tenoris, quam penes me servo cum aliis hujusmodi facultatibus, nulloque prorsus impedimenta allato, ego ut supra

Denuntiationes vero, quae post contractum Matrimonium fient, ita scribantur :

Anno die mensis qui fuit festus, etc. et sequenti, qui fuit Dominicus, etc. ejusdem mensis, ego N. Rector hujus Ecclesiae S. N. inter Missarum solemnia, Denuntiationes habui Matrimonii, jam prævia opportuna dispensatione initi inter N. et N. die prima hujus mensis, nullum tamen cauonictum impedimentum ab aliquo allatum est, quo minus hujusmodi Matrimonium ratum, ac firmum esse debeat.

Si intem denuntiationes omnes omittenda sint, aut differenda, ita scribantur.

Denuntiationibus omnibus omissis, vel dilatis, etc. ex facultate, etc. Ego Rector N. etc. ut supra.

Cieterum se alteri Presbytero ab Ordinario, vel a Parochio ipso facultas facta sit conjugandi aliquos, id in libro proprii Parochii sic adnotetur ipsius Parochii manu.

N. Presbyter, vel Capellanus Ecclesiae N. de licentia Reverendissimi Episcopi N. seu N., ejus Vicarii loci N. aut mea, quæ penes me extat, N. filium N. et N. etc. in Matrimonium coniunxit, etc. ut supra Et ego N. Parochus N. subscripsi, et testor, rem ita se habere.

Quod si ex denuntiationibus compertum sit, conjugi aliquo consanguinitatis, aut affinitatis gradu conjunctos esse, et nihilominus ad contrahendum fuerit eum ipsi Apostolica auctoritate dispensatum, annotetur gradus consanguinitatis, vel affinitatis dispensatae, et compendium decreti super ea relati cum die, et anno, ac Notarii de illo rogati nomine, hoc modo :

Anno Domini . . . die . . . mensis . . . præmissis demunitionibus, ac comperto impedimento secundi, vel tertii, aut quarti gradus consanguinitatis, vel affinitatis, sive alio quovis etc. inter N. et N., etc. obtentoque per eos Apostolieæ Sedis mandato de dispensando, et cum eis per Reverendissimum Episcopum N. auctoritate dispensato sub die . . . anni . . . ut constat ex Actis Notarii officii prædicti Episcopi, eos Matrimonio conjunxi, etc. ut in prædicta formula.

Demunitiones autem factæ in diversis Parochiis, sponsi videlicet et sponsæ, ab utroque Parochio in libro notari debent, etiam si Matrimonium non sequatur.

Forma describendi Statutum animarum in quarto Libro.

Familia queque distincta in libro notatur, intervallo relieto ab unaquaque ad alteram subsequentem, in quo singillatim seribantur nomen, cognomen, etas singulorum, qui ex familia sunt, vel tamquam advenae in ea vivunt.

Qui vero ad sacram Communionem admissi sunt, hoc signum in margine e contra habeant : **C.**

Qui Sacramento Confirmationis sunt muniti, hoc signum habeant : **Chr.**

Qui ad aliud locum habitandum accesserint, eorum nomina subducta linea notentur.

Hæc igitur ratione fiat, videlicet,

Anno . . . die . . . mensis . . . in via, sed platea, vel pago, in propriis ædibus Pauli N., vel in ædibus N. a Paulo conductis habitant,

Chr. Paulus N. Petri filius, annorum, etc.

Chr. Apollonia ejus uxor, filia Jacobi N., annorum, etc.

C. Dominicus eorum filius, annorum, etc.

C. Lucia eorum filia, annorum etc.

C. Chr. Antonius filius N. famulus, annorum, etc.

C. Catharina N. filia N. ancilla, annorum, etc.

C. Martinus filius N. annorum, etc.

Forma describendi Definatos in quinto Libro.

Describatur quis, et quae, et eni^m Sacra menta ministras-
verit, quando quis mortuus fuerit, et ubi sepultus,
quod hoc paeto fieri poterit.

Anno . . . die . . . mensis . . . N. filius, vel filia N.
ex loco N. aetatis N. (si haec sciri possunt) in domo N.
in communione S. Matris Ecclesiæ animam Deo reddi-
dit, cuius corpus die . . . sepultus est in Ecclesia S. N.
mili N., vel N. Confessario probato confessus die . . .
sanetissimoque Viatico refectus die . . . et sacri Olei un-
ctione roboratus per me, die . . . etc.



etc.

APPENDIX

AD

RITUALE ROMANUM

Sive collectio Benedictionum et Instructionum a Rituali Romano Exsulantium Sanctæ Sedis Auctoritate approbatarum seu permissarum in usum et commoditatem Missionariorum Apostolicorum digesta.



MONITUM.

Sæpe fit, ut Missionarii Apostolici, qui a S. Congregatione de Propaganda Fide in varias terræ plagas ad praedicandum Evangelium mittuntur, formulas benedictionum requirant, quibus Christi fideles adscribi solent piis Sodalitatibus a S. Sede approbatis. Plures insuper extant benedictiones aliis sacris usibus destinatæ, pluresque Instructiones a S. Sede recognitæ, ejusque auctoritate sanctitæ, quas licet in promptu habere Missionarii æque desiderent, vix tamen obtinere possunt, cum nec in Rituali Romano, nec nisi dispersim in diversis manualibus libris ad Cleri usum impressi datum sit invenire. Quum igitur typis ejusdem S. Congregationis de Propaganda Fide nova nunc Ritualis Romani prodeat editio, operæ pretium visum est praedictas Benedictiones et Instructiones in unum colligere, et Apostolicis Missionariis offere. Hue spectat Appendix, quæ in præsenti volumine Rituali Romano addita exhibetur.

DE SACRAMENTO BAPTISMI.

Formula brevior pro benedictione fontis seu Aquæ baptismalis a Summo Pontifice Paulo III. Missionariis Peruanis apud Indos olim concessa, et nonnisi in iis locis adhibenda, ad quæ speciali Apostolicæ Sedis induito extensa fuit.

B E N D I C T I O F O N T I S

seu Aquæ Baptismalis.

Exorcizo te, creatura aquae, in nomine Dei Patris omnipotentis **¶**, et in nomine Jesu Christi **¶** Filii ejus Domini nostri, et in virtute Spiritus **¶** Sancti. Exorcizo te, omnis virtus adversarii diaboli : ut omnisphantasia eradicetur, ac effugetur ab hac creatura aquae, et fiat fons aquae salientis in vitam aeternam, ut qui ex ea baptizati fuerint, fiant Templum Dei vivi, et Spiritus Sanctus habitet in eis in remissionem peccatorum : in nomine Domini nostri Jesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et seculum per ignem. Amen.

OREMUS.

Domine Sancte, Pater Omnipotens, aeternus Deus, aquarum spirituorum sanctificator, Te supplieiter deprecamur, ut hoc ministerium humilitatis nostrae respicere digneris ; et super has aquas, abluendis et vivificantibus hominibus, preparatas, Angelum sanctitatis emitas, ut peccatis prioris vitae ablutis, reatunque deterso, purum sacrato Spiritui habitaculum regenerationibus procuret. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Infundat deinceps Sanctum Oleum in aquam,
in modum Crucis, dicens :*

Conjúnetio Olei unctiónis, et aquæ Baptísmatis sanctificétur, et fœcundétur. In nómine Patris **¶** et Filii **¶** et Spíritus **¶** Sancti. Amen.

*Deinde Chrisma aquæ infundat, in modum Crucis,
et dicat :*

Conjúnetio Chrísmatis Sanetificatiónis et Olei unctiónis et aquæ Baptísmatis, sanctificétur et fœcundétur. In nómine Patris **¶** et Filii **¶** et Spíritus **¶** Sancti. Amen.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

Instructio pro simplici Sacerdote Sacramentum Confirmationis ex S. Sedis Apostolice delegatione administrante edita ex decreto S. Congregationis de Propaganda Fide die IV. Maii MDCCCLXXIV.

DECRETUM

SACRAE CONGREGATIONIS GENERALIS
DE PROPAGANDA FIDE.

Habitae die 21 Martii 1774.

R^eferente R. P. D. Stephano Borgia Secretario, nonnullos Missionum Superiores, aliosque, quibus ab Apostolica Sede extraordinaria Sacramentum Confirmationis administrandi facultas conceditur, in illius administratione usos quandoque esse vestibus, ac ornamentis Episcopilibus: Eminentissimi Patres declararunt, ac vigore praesentis Decreti declarant, nemini prorsus charactere Episcopali non insignito, vel cui alias usus Pontificalium

ex vero, legitimoque privilegio non competit, licuisse, vel licere in collatione Chrismatis adhibere Rochettum, Mitram, Baculum Pastorale, Annulum, vel Crucem pectoralem; statueruntque supplicandum esse Sanctissimo pro approbatione hujus declarationis, neenon efformandam Instructionem pro simplicibus Sacerdotibus Confirmationem, ut supra, administrantibus.

Facta vero SS. Domino Nostro CLEMENTI PP. XIV. per praefatum Dominum Secretarium in audience diei 3. Aprilis currentis supradictae Sacrae Congregationis sententiæ relatione, Sanctitas Sua illam benigne approbavit, et ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari mandavit.

Datum Romæ ex Aedibus dictæ Sacrae Congregationis die 23. Aprilis 1774.

JOSEPH MARIA CARD. CASTELLI PRAEF.

STEPHANUS BORGIA *Secretarius*

INSTRUCTIO

*Pro simplici Sacerdote Sacramentum Confirmationis
ex Sedis Apostolicae Delegatione administrante.*

Etsi, juxta Sacrosancti Tridentini Concilii definitionem solus Episcopus sit ordinarius hujus Sacramenti minister (1); solet tamen, quandoque justis de causis Sedes Apostolica simplici Sacerdoti, tamquam extraordinario ministro, facultatem tribuere illud conferendi (2).

Sacerdos igitur, cui facultas haec fuerit concessa, in

(1) Sess. 7. *de Confirm.* can. 3.

(2) Eugen. IV. in Decret. pro Armenis.

euisse,
ettum,
em pe-
issimo
rman-
Confir-

XIV.
diei 3.
ationis
appro-
biliter
egatio-

PRAEF.
ys
onis
e.
iouem
mini-
Sedes
inario
ssa, in

primis curet apud se habere Chrisma per Catholicum Antistitem cum eadem S. Sede communionem habentem confectum, ac sciat, sibi numquam licere (1) sine eo Confirmationem administrare, vel illud ab Episcopis hæreticis, aut schismaticis recipere.

Animadvertisat insuper, num in facultate sibi ab Apostolica Sede impertita alia etiam facultas expressa legatur, utendi scilicet Chrismate ante annum benedicto, alias eo non utatur, nisi forte in easibus necessitatis (2), eum a saeris canonibus id prohibitum sit (3).

Licet omni tempore administrari valeat Confirmatio, congruum tamen est, ut præcipue in hebdomada Pentecostes, et circa horam tertiam, in qua Spiritus Sanctus illapsus est Apostolis, conferatur (4).

Quod ad ætatem Confirmandorum attinet, præ oculis habendum est Catechismi Romani (5) monitum in hæc verba : *Illud observandum est, omnibus quidem post Baptismum Confirmationis Sacramentum posse administrari, sed minus tamen expedire hoc fieri, antequam pueri rationis usum habuerint. Quare si duodecimus annus expectandus non videatur, usque ad septimum certe hoc Sacramentum differre maxime convenit :* Quod sane monitum in pueris benevolentibus locum habet. Nam si agatur de eo, qui gravi morbo laboret, ex quo decessurus prævidetur, non solum prohibitum non est illi ante septennum sacrum Chrisma administrare, sed expedit, ut id fiat, unde ex hæc vita demigrans majorem gloriam, juxta

(1) S. Thomas 3, par. quest. 72, art. 5, in corp.

(2) Bened. XIV, Constit. *Anno vertente* Bull. Tom. 3, pag. 288.

(3) Can. *Litteris de Consecr.* dist. 3., et Can. *Si quis de alio.* de Consecr. dist. 4.

(4) Catech. Rom. de Sacram. Confirmation. S. Carolus in V. Synodo Mediolanen. cap. de Confirm.

(5) Lœ, cit.

S. Thomae doctrinam (1), in cœlis consequatur. Aliæ insuper, juxta probatam plurium Theologorum sententiam (2), esse possunt legitimæ causæ antevertendi septennium in collatione hujus Sacramenti, et præsertim, cum prævidetur futura diutina absentia Episcopi, vel Presbyteri, cui ut supra, facta sit facultas illud administraudi, vel alia urget necessitas.

Ut Confirmandi, qui usum rationis habent, digne hoc Sacramentum recipiant, debent esse in gratia, et ideo conveniens valde est, ut illius susceptioni præmittant Sacramentalem Confessionem (3). Si enim conseii alicujus peccati lœthalis, quod absit, ad Confirmationem accederent, non solum hujus Sacramenti gratiam non reiperent, sed gravissimo sacrilegio se illigarent.

Juxta veterem Ecclesiæ usum, Confirmandi deberent esse jejuni (4), optandumque propterea esset, ut id ipsum in presenti etiam servaretur.

SacerChrismate liniendi ante diligenter erudiendi sunt juxta doctrinas Catechismi Romani de natura, dignitate, effectibus, ac dispositionibus ad digne Sacramentum hujusmodi recipiendum prærequisitis. Item oportet, ut instruantur circa Fidei rudimenta, Decalogi, et Ecclesiæ præcepta, Actus Virtutum Theologalium, ac Orationem Dominicam, et Apostolorum Symbolum memoria teneant.

Ceterum Missionarii non omittant populos sibi creditos etiam hortari, ut Confirmationem debito tempore recipiant, nec non ut parentes filios suos confirmari curent; etsi enim hoc Sacramentum non sit de necessitate medii

(1) S. Tom. 3, par. quæst. 73, art. 8, ad 4.

(2) Bened. XIV, in lib. 7, cap. 10, n. 5, 6, et 7, de Synodo Diœces.

(3) Instructio Eminentiss. Alme Urbis Vicarii pro iis, qui suscepturi sunt hoc Sacramentum an. 1773.

(4) Catech. Rom. de Confirm.

ad salutem, tamen sine gravis peccati reatu respui non potest, ac negligi (1), cum illud suscipiendi opportuna adest occasio. Porro haec doctrina, si pro omnibus, qui sunt undique, Christifidelibus vera est, multo magis locum habet in illis, qui in terris degunt hæreticorum, vel paganorum, in quibus, quandoque adversus Catholicos persecutiones ingruunt ; unde opus est, ut septiformis Spiritus virtute roborentur, qua non solum corde erendant ad justitiam, sed etiam ore confessionem faciant ad salutem, seque paratos exhibeant pro Christo etiam sanguinem fundere.

Cum hoc Sacramentum indelebilem in anima charaterem imprimat, reiterari non debet, et propterea qui est confirmatus ad illud recipiendum non audeat accedere, sicut nec excommunicatus, interdictus, in divinis communicans cum hæreticis, aut schismaticis, vel qui ritus idololatricos usurpat, sive alio modo publice peccat ; item qui præceptum paschale non adimpleverit.

Caveant Confirmandi ne sordida fronte (2), capillisque impexis ad hoc Sacramentum accedant, vestibus tamen sint induti, quemadmodum et Patrini, simplicibus, et ad modestiam compositis. Mulieres vero illud suscepituræ, et quæ Matrimoniorum officium exercerent, non se in Ecclesia cum vanis ornamentis, aut fucata facie, sed cum omni modestia, et reverentia præsentent.

Si quis ex Confirmandis turpe nomen, vel Christiano homini non conveniens, haberet, aliud in Confirmatione assumat (3).

Quamquam de necessitate hujus Sacramenti non sit,

(1) Bened. XIV, in Constit. *Etsi Pastoralis* §. 3, n. 4. Bull. Tom. I.

(2) Concil. Aquense an. 1585. Instructio supradicta.

(3) Concil. Aquense an. 1585., Concil. Tolosan. anni 1590., S. Carol. Borrom. in V. Synodo Mediolanen.

ut in eo recipiendo Patrinus, vel Matrina adhibeatur, id tamen laudabilis Ecclesiae consuetudo suadet, saerique canones prescribunt (1).

Ab hoc vero munere excluduntur tum minores annis quatuordecim (2), tum qui Sacramentum Confirmationis nondum receperunt (3); Verum quia contingere potest, ut in locis Missionum nullus adsit, qui antea confirmatus fuerit, permittitur in hoc casu, ut aliqui sine Patrino confirmentur, qui postea Patrini ceterorum esse poterunt.

Ad Patrinos hujusmodi quod attinet, haec insuper regulæ erunt observandæ. I. Ut non plures (4), sed unus tantum, sive vir, sive mulier in Patrinum, aut Matrinam adhibeatur. II. Ut nee feminis mares (5), nec maribus feminæ Patrini officium praestent, sed suo quisque sexui Patrinus adhibeatur. III. Ut nisi necessitas cogat (6), idem non sit, sed diversus Confirmationis Patrinus a Patrino Baptismi. IV. Ut a Patrini munere arecantur excommunicati (7), interdicti, publici peccatores, aut qui præceptum paschale omiserint.

Circa cognationem spiritualem, quæ in hoc Sacramento contrahitur, haec statuit Tridentina Synodus (8):
Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, Confirmantem, et Confirmatum, illiusque patrem, et matrem, ac tenentem non credisatur, omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.

(1) Sacramentar. S. Gregor. M. Ordo Romanus apud Hittorium.

(2) Instructio predicta.

(3) Can. *In Baptismate* 102. de Consecrat. dist. 4.

(4) Can. *Non plures* 101. dist. 4.

(5) Pontific. Rom.

(6) Can. *In Cathechismo* 100. de Consecr. dist. 4.

(7) Pontific. Rom.

(8) Sess. 24. de Reform. Matrimonii cap. 2.

Quod quidem Concilii decretum locum habet in iis, qui ad Tridentini statuta servanda adstringuntur. Ceteri vero disciplinæ in suis regionibus vigenti haec in parte se conforment.

Cum tempus advenerit, quo Sacerdos utens facultate sibi ab Apostolica Sede, ut supra, tributa, administrare Confirmationem intendit, vestibus Sacerdotalibus, vel saltem alba, et Stola indutus stans ante Altare versus ad populum hinc inde dispositum (masculis a dexteris, feminis vero a sinistris) circumstantes summarie de praemissis admoneat, eisque præsertim denunciet, quod nullus alius nisi solus Episcopus Confirmationis ordinarius minister est; se vero paratum esse illam conferre jure per S. Sedem delegato.

Mox delegationis decreto, sive brevi Apostolico lingua vernacula alta, et intelligibili voce lecto, iterum moneat adstantes, quod nullus Confirmatus discedat, nisi benedictione accepta, quam ipse post omnium Confirmationem daturus est. Item, quod infantes, si quos in prima ætate justa de causa confirmandos existimaverit, per Patrinos teneantur in brachiis dexteris, et quod adulti ponant pedem suum super pedem dexterum Patrini sui.

Hac altera monitione completa (1) pariter stans, et versa facie ad Confirmandos, junctis ante pectus manibus, Confirmandis vero genua flectentibus, et manu ante pectus junetas tenentibus, dicit :

V. Spiritus Sanctus superveniat in vos, et virtus Altissimi custodiat vos a peccatis.

R. Amen.

Deinde signans se manu dextera a fronte ad pectus signo Crucis dicit :

(1) Pontific. Rom.

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum, et terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Tunc extensis versus Confirmandos manibus, dicit :

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos ex aqua, et Spiritu Sancto, qui que dedisti eis remissionem omnium peccatorum; emitte in eos septiformem Spiritum tuum Sanctum Paraclitum de cœlis.

R. Amen.

Spiritu Sapientiae, et Intellectus.

R. Amen.

Spiritu Oñelii, et Fortitudinis.

R. Amen.

Spiritu Scientiae, et Pietatis.

R. Amen.

Adimple eos Spiritu Timoris tui, et consigna eos sanguino Crucis Christi in viam propitiatus aeternam. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum qui tecum vivit, et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum.

R. Amen.

Post hæc Sacerdos confirmat per ordinem genuflexos primo mares, secundo feminas. Uno ordine confirmato illi surgunt, et alii genuflectunt, et confirmantur, et sic usque in finem. Inquirit autem singillatim de nomine enjuslibet Confirmandi sibi per Patrimum, vel Matrinam flexis genibus praesentati, et summitate pollicis dexteræ manus Chrismate intincta dicit :

N. Signo te signo Cru~~X~~cis: quod dum dicit producit pollice signum Crueis in frontem illius, deinde prosequitur: et Confirmo te Chrismate salutis, In nomine Pa~~X~~tris, et F~~X~~ili, et Spiritus~~X~~ Sancti. R. Amen. Deinde leviter in maxilla cedit, dicens : *Pax tecum.*

Ligandae essent vitta linea recens Confirmatorum frontes juxta Pontificalis Romani præscriptum (1). Verum quoniam publica vittarum delatio apud infideles ludibrio exponere posset Sacramentum, ideo, si prævideatur hoc scandalum eventurum, consultius erit, vittas hujusmodi non adhibere ; sed in hoc casu opus erit, ut Sacerdos, postquam frontes Confirmandorum linierit Sacro Chrismate, eas gossypio, mox comburendo, diligenter abstergat, ac deinde lavet (2).

Omnibus confirmatis, tergit eum mica panis, et lavat pollicem, et manus super pelym : deinde aqua lotionis eum pane fundatur in piscinam Sacrarii, in qua regoni debent etiam supradictorum gossypiorum cineres.

Dum lavat manus, si adsint ministri, cantatur, vel legitur sequens Antiphona ; alias post lotionem ab ipso Sacerdote dicatur : *Confirma hoc Deus quod operatus es in nobis a templo sancto tuo, quod est in Jerusalem. Gloria Patri etc.* et repetitur Antiphona tono octavo : *Confirma hoc Deus etc.* qua repetita, conversus ad Altare junctis ante pectus manibus dicit.

N. Ostende nobis Domine misericordiam tuam

R. Et salutare tuum da nobis.

N. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

N. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

(1) De Confirmandis.

(2) S. Carolus Borrom. in dict. V. Synodo Mediolan.

Junetis vero adhuc ante pectus manibus, et omnibus confirmatis devote geneflectentibus dicit :

OREMUS.

Deus, qui Apostolis tuis Sanctum dedisti Spiritum, et per eos, eorumque successores ceteris fidelibus tradendum esse voluisti, respice propitius ad humilitatis nostre simulatum, et praesta, ut eorum corda, quorum fronte sacro Chrismate delinirimus, et signo Sancte Crucis signavimus, idem Spiritus Sanctus in eis superveniens, templum gloriae sue dignanter inhabitando perficiat : Qui cum Patre, et eodem Spiritu Sancto viris, et regnas Deus in secula seculorum. R^y. Amen.

Deinde dicit : *Eece sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum : et vertens se ad Confirmatos, ac faciens super eos signum crucis pariter dicit :*

Bene ✠ dicat vos Dominus ex Sion, ut videatis bona Jerusalem omnibus diebus ritae vestrae, et habeatis vitam aeternam.

R^y. Amen.

Expedita hoc pacto Confirmatione, Sacerdos sedens, juxta, memoratum Pontificale Romanum (1). Patrinos, et Matrinas monet, quod instruant filios suos bonis moribus, unde fugiant mala, et facient bona, et si forte in infantili aetate essent confirmati, ut suo tempore doceant eos *Credo in Deum, et Pater noster, et Ave Maria*, quoniam ad hoc sunt obligati.

Hoc Sacramentum potest conferri minus solemniter, et praesertim tunc cum in privatis domibus, vel extra Ecclesiam, seu Oratorium, pueris aegrotantibus, de quibus supra, conferendum est, vel etiam adultis, qui ad

(1) Loc. cit.

Ecclesiam quaeunque ex causa, legitima tamen, accedere nequeunt : In iis casibus Sacerdos non omittat uti saltem Stola, si superpellieum habere non possit ; enverre etiam debet, ne coram haereticis, aut schismaticis, et multo minus eis ministrantibus, confirmet.

Quod si tandem per Sedem Apostolicam alicui fieri potestatem contingat Confirmationem administrandi in regionibus, in quibus, praeter latinos, degunt Orientales Catholici, non modo opus erit, ut supradicta diligenter observet, sed curabit etiam priusquam Orientalibus ipsis hoc Sacramentum conferat, ab Apostolica Sede instructionem petere, quo pacto se gerere debeat erga Orientales uniuscujusque ritus.

Ut autem congruum quantocius responsum accipiat, de nonnullis S. Congregationem de Propaganda Fide singillatim certiorem reddat oportet. Et primo quidem enjus ritus sint Orientales hujusmodi : an fuerint a quoquam confirmati, et a quibus, videlicet an a suis Episcopis, vel a Presbyteris, propriae nationis, an sponte petant confirmari ; an Confirmationem commode a suis Episcopis recipere valeant ; ac tandem an Confirmatio administrada sit in Dioecesi, in qua actu residueat Episcopus Orientalis, qui sit Confirmandi Ordinarius.

Quam Sacrae Congregationis instructionem SS. D. N. CLEMENTI XIV. per me infrascriptum Secretarium ejusdem S. Congregationis relatam in Audientia habita die prima Maii anni currentis Sanctitas Sua illam benigne in omnibus adprobavit, et omnino servari mandauit.

Datum Romae ex Aedibus Sac. Congregationis die iv.
Maii MDCCLXXIV.

STEPHANUS BORGIA *Secretarius.*

DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

*Instructio a S. R. C. die XII Septembris 1857.
edita pro Sacerdote Apostolicam facultatem habente
bis Missam eadem die celebrandi.*

Quando Sacerdos eadem die duas Missas dissitis in locis celebrare debet, in prima dum divinum Sanguinem sumit, eum diligentissime sorbeat. Exinde super corporate ponat Calicem et palla tegat, ac junctis manibus in media Altari dicat: *Quod ore sumpsimus etc.*, et subinde ad moto aquae vasculo digitos lavet dicens: *Corpus tuum* et abstergat. Hisce peractis Calicem super Corporale manentem adhuc, deducta palla cooperiat eeu mos est, scilicet primum purificatoris linteo, deinde patena ac palla, et demum velo. Post haec Missam prosequatur, et completo ultimo Evangelio, rursus stet in medio Altaris, et detecto Calice, inspiciat an aliquid divini Sanguinis necne ad imum se receperit, quod plerumque continget. Quamvis enim sacrae species primum sedulo carptæ sint, tamen dum summuntur, eum particulæ, quæ circum sunt, undequaque sursum deserantur, non nisi deposito Calice ad imum redeant. Si itaque divini Sanguinis gutta quedam supersit adhuc, ea rursus ac diligenter sorbeatur, et quidem ex eadem parte qua ille primum sumptus est. Quod nullimode omittendum est, quia Saerificium moraliter durat, et super extantibus adhuc vini speciebus ex divino præcepto compleri debet.

Postmodum Sacerdos in ipsum Calicem tantum saltem aquae fundat, quantum prius vini posuerat, eamque circumactam ex eadem parte, qua S. Sanguinem biberat in paratum vas demittat. Calicem subinde ipsum Purificatorio linteo abstergat, ac demum cooperiat, uti

alias fit atque ab altari discedat. Depositis vestibus saeris, et gratiarum actione completa, aqua e Calice demissa pro rerum adjunetis vel ad diem erastinum servetur (si nempe eo rursus Sacerdos redeat Missam habiturus) et in secunda purificatione in Calicem demittatur, vel gossipio aut stupa absorta comburatur, vel in Sacerario si sit exsiccanda relinquatur, vel demittatur in piscinam.

Cum autem Calix quo Sacerdos primum est usus purificatus jam sit, si illo ipso pro Mssa altera indigeat, eum secum deferat: secus vero in altera Missa diverso Calice uti poterit.

Cum superior S. R. C. Instructio nonnisi easum respiciat, quo Sacerdos duas Missas dissitis in locis eadem die sit celebraturus; opera pretium visum est ex Communariis Bartholomaei Gavanti et Cajetani Marie Merati hunc ritum adjungere a Sacerdote serrandum cum utramque Missam in eadem Ecclesia offerre debet.

Hoc itoque in easu Sacerdos post haustum in prima Missa diligenter Sanguinem Domini, omissa consueta purificatione, patena calicem et palla patenan tegens ac super corporale relinquens dicit junctis manibus: *Quod ore sumpsimus Domine etc.* Deinde digitos, quibus SS. Sacramentum tetigit, in aliquo vase mundo ad hoc in Altare preparato abluet, interim dicens *Corpus tuum Domine etc.*, abstersisque purificatorio digitis calicem velo cooperiet, velatumque ponet super corporale extensum. Absoluta Missa si nulla in Ecclesia sit sacristia calicem eodem modo super Altare relinquet; secus vero in Sacristiam deferet, ibique super Corporale vel pallam in aliquo loco decenti et clauso collocabit usque ad secundam missam, in qua, eum eodem calice uti debeat, illum rursus secum deferet ad Altare, ac super corporale ex-

tensem reponet. Cum autem in secunda Missa Sacerdos ad Offertorium devenerit, ablato velo de Calice hunc parumper versus cornu Epistolæ collocabit sed non extra corporale, factaque hostiae oblatione cavebit ne purificatorio extergat calicem, sed eum intra corporale relinquentis leviter elevabit, vinumque et aquam eidem cante imponet, ne guttæ aliquæ ad labia ipsius Calicis resiliant, quem deinde nullatenus ad infus abstersum more solito offeret.

MODUS

*Sacram Eucharistiam deferendi occulte ad Infirmos
ob metum Infidelium.*

*Ex Constitutione Benedicti XIV. Inter Omnigenas
§. 25. edita pro Sereia et finitiinis regionibus die 2.
Februarii 1744.*

Ubi Turcarum vis prævalet et iniquitas Sacerdos stolam semper habeat propriis coopertam vestibus: in saeculo, seu bursa Pixidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat, et nunquam solus procedat, sed uno saltem Fideli, in defectu Clerici, associetur.



Sacerdos
ee hunc
on extra
e purifi-
e relin-
ni caute-
eis resi-
m more

irmos

nigenas
s die 2.

los sto-
in sae-
nieulos
is pro-
ici, as-

DECRETUM

A SACRUM RITUUM CONGREGATIONE

die 9. Julii 1864.

*editum de specie olei pro nutrienda lampade
Sanctissimi Sacramenti.*

Nonnulli Rmi Galliarum Antistites, serio perpendentes in multis suarum Dioecesum Ecclesiis difficile admodum et nonnisi magnis sumptibus comparari posse oleum olivarum ad nutriendam diu noctuque saltem unam lampadam ante Sanctissimum Eucharistiae Sacmentum, ab Apostolica Sede declarari petierunt : utrum in casu, attentis difficultibus et Ecclesiarum paupertate, oleo olivarum substitui possint alia olea, quae ex vegetabilibus habentur, ipso non excluso petroleo. Sacra porro Rituum Congregatio, et si semper sollicita, ut etiam in hac parte quod usque ab Ecclesiae primordiis circa usum olei ex olivis induetum est, ob mysticas significationes retineatur; attamen silentio praeterire minime censuit rationes ab iisdem Episcopis prolatas; ac proinde exquisito prius Voto alterius ex Apostolicarum Ceremoniarum Magistris, subscriptus Cardinalis Praefectus ejusdem Sacrae Congregationis rem omnem proposuit in Ordinariis Comitiis ad Vaticanum hodierna die habitis. Emi autem et Rmi Patres Saeris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurate perpensis ac diligentissime examinatis, rescribendum censuerunt. “*Generatim utendum esse oleo olivarum; abi vero haberri nequeat, remittendum prudentia Episcoporum ut lampades nutriantur ex aliis oleis quantum fieri possit vegetabilibus.*” Die 9. Julii 1864.

Facta postmodum de præmissis Sanctissimo Domino Nostro Pio PAPÆ IX. per Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis ratam habuit et confirmavit. Die 14 iisdem Mense et Anno.

DE BENEDICTIONIBUS.

Benedictio via ferreae et currum.

(*approbata a S. R. C.*)

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui omnia eleménta ad tuam gloriām, utilitatēmque hominū condidisti; dignare quæsumus hanc viam ferrream, ejusque instrumenta bene  dicere, et benigna semper tua providētia tueri; ut dum famuli tui velociter prōperant in via, in lege tua ambulantes, et viam mandatōrum, tuorum curréntes, ad cœlestēm patriam feliciter pervenire valeant. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

OREMUS.

Propitiare Domine Deus supplicationibus nostris, et bénedic eis currus istos déxtera tua sancta; adjúnge ad ipsos sanetos Angelos tuos, ut omnes qui in eis vehentur, liberent et custodiant semper a periculis mīvēris: et quemādmodum viro Æthiopi super currum suum sedēnti, et sacra elóquia legénti, per Levitam tuum

Domino
atione,
ratam
mo.

Philíppum fidem et grátiam contulísti ; ita fámulis tuis
viam salútis osténde, qui tua grátia adjúti, bonisque
opéribus júgiter intenti, post omnes viæ et vite hujus
varietátes aeterna gáudia cónsequi mereántur. Per Chri-
stum Dóminum nostrum.

R. Amen.

*Deinde Sacerdos aspergit viam et currus aqua be-
nedicta.*

BENEDICTIO AD OMNIA.

(approbata a S. R. C.)

*Hæc benedictionis formula adhiberi potest a quovis Sa-
cerdote pro omnibus rebus, de quibus specialis bene-
dictione non habetur in Rituali Romano.*

Ý. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Ý. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Deus, ejus verbo sanctificántur ómnia, benedictióne
tuam effunde super creatúram istam (*vel creaturas
istas*) et praesta : ut quisquis ea (*vel eis*) secundum le-
gem et voluntátem tuam cum gratiárum actiōne usus
fuerit, per invocatiōnem Sanctissimi Nóminis tui, cör-
poris sanitátem, et ánimae tutélam, te auctóre, percípiat.
Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Deinde illam (vel illas) Sacerdos aspergit aqua be-
nedicta.*

INSTRUCTIO

Pro Sacerdotibus quibus summus Pontifex facultatem delegat benedicendi Coronas, Rosaria, Cruces, Crucifixos, parvas statuas et sacra numismata cum adnexarum Indulgentiarum elenco.

Utriusque sexus Christifideles in primis admonitos vult Sanctitas Sua, ut quis consequi valeat Indulgentias, quas in praefata Benedictione concedit, necessario requiri aliquod ex enunciatis Numismatibus, Coronis etc. secum habere, aut apud se retinere.

Item orationes, devotasque preces infra scriptas, ut conditiones pro Indulgentiarum consecutione requisitas, unumquemque teneri recitare, vel secum deferendo, Coronam, Crucifixum etc. vel si quis secum non habeat, eadem in cubiculo vel alio decenti loco sue habitacionis retinere, et coram eis respectivas preces recitare debet.

Praeterea ab hujusmodi Benedictione Sanctitas Sua rejicit Imagines sive impressas sive depictas, neconon Cruces, Crucifixos, parvas Statuas, Numismata, vulgo *Medaglie* nuncupata, que ex ferro, stanno, plumbio, vel ex fragili alia materia, facilisque consumptionis conficiuntur.

Vult denique Sanctitas Sua Imagines et Icones benedicendas representare Sanctos vel jam canonizatos, vel in Martyrologio Romano descriptos.

His pro clariori intelligentia prae notatis, Indulgentiarum series, quas quis consequi potest, nec non piorum operum implendorum elenclus reconsentur, prout infra : videlicet.

Quicumque semel in singulas hebdomadas Coronam Domini, aut Beatissimae Virginis, vel Rosarium, ejusque tertiam partem, aut Officium sive divinum sive parvum ejusdem Beatissimae Virginis vel Defunctorum, aut septem Psalmos Poenitentiales vel Graduales recitat; aut rudimenta Fidei tradere, aut detentos in carcere, vel aliquibus domus hospitalis aegrotos visitare, aut pauperibus subvenire, aut Missam audire, vel, si Sacerdos est, celebrare consuevit, si vere poenitens, et Sacerdoti per Ordinarium approbatum confessus sanetissimum Eucharistiae Sacramentum sumperit in quolibet ex diebus infra scriptis, nemirum diebus Festis Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi, Epiphaniae, Paschatis Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Sanctissimae Trinitatis, Corporis Christi; tum diebus Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis Beatae Mariae Virginis, neconon diebus Nativitatis S. Joannis Baptiste, Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Philippi et Iacobi, Bartholomei, Matthæi, Simonis et Judæ, Matthiæ, Sancti Josephi Sponsi B. Mariae Virginis, atque omnium Sanctorum, piisque ad Deum preces fuderit pro haeresum atque schismatum extirpatione, Fidei Catholicae propagatione, p*ro*p*ri*a et Christianorum Principum concordia, ceterisque Romanae Ecclesiae necessitatibus, in unoquoque praefatorum die rum plenariam Indulgentiam consequetur.

Qui eadem aliis Festis Domini, aut B. Virginis Mariæ peregerit, in quolibet eorum participet Indulgentiam septem annorum, ac totidem quadragenarum: qui vero quavis Dominica vel alio anni Festo, Indulgentiam quinque annorum totidemque quadragenarum. Qui demum in alio quocumque anni die ea præstabit, Indulgentiam centum dierum.

Quicumque saltem semel in hebdomada recitare consuevit Coronam aut Rosarium aut Officium B. Mariae Virginis vel Defunctorum, aut Vespertas, vel unum saltem ex Nocturnis, et Laudes, aut septem Psalmos Penitentiales cum Litaniis, earumdem precibus, quo die id egerit Indulgentiam centum dierum acquireret.

Quisquis animam suam Deo in articulo mortis devote commendans, ipsumque mortem aequo ac libenti animo de manu Domini suscipere paratus, et vere pœnitens, confessus ac Saera Communione refectus, si valeat, aliquin contritus nomen Iesu ore, si potuerit, sin minus saltem corde invocaverit, plenariam Indulgentiam consequetur.

Quicumque ante Missæ celebrationem vel sumptuosa Eucharistiæ, aut recitationem divini Officij vel parvi B. Mariae Virginis; aliquam devotam præparationem premiserit, quinquaginta dierum Indulgentiam qualibet vice id egerit, percipiet.

Qui detentos in carcere, aut ægrotos in Nosocomiis visitaverit, eos aliquo bono opere adjuvando, aut Doctrinam Christianam in Ecclesia vel domi filios aut propinquos aut famulos docerit, toties Indulgentiam biscentum dierum consequetur.

Qui ad pulsus campanæ alicujus Ecclesiae mane aut meridie aut vespere consuetas preces *Angelus Domini etc.* dicit, vel si eas ignoret, semel *Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam*, vel dato signo sub horam noctis orandi pro Defunctis Psalmum *De Profundis*, aut si hunc nescit, *Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam* recitat, centum dierum Indulgentiam qualibet vice adipiscetur.

Eamdem pariter consequetur Indulgentiam qui feria sexta devote cogitaverit de Passione ac Morte Domini No-

stri Jesu Christi, terque *Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam* recitaverit.

Quisquis vere paenitens peccata commissa emendare firmiter proponat, conscientiam suam exequiat, ter *Oratione Dominicam et Angelica Salutatione* devote repetitis in honorem Sanctissima Trinitatis, et ob reverentiam quinque Vulnerum Jesu Christi *quinquies* devote eamdem *Orationem et Salutationem* recitet, eamdem Indulgentiam consequetur.

Omnis et singulas antedictas Indulgentias unusquisque memoratis diebus poterit aut pro seipso adipisci, aut Fidelibus defunctis per modum suffragii applicare.

Declarat insuper Sanctitas Sua concessione praefata Indulgentiarum nullo modo derogari Indulgentiis, quas alii Summi Pontifices Praedecessores jam concessere pro non nullis ex supra indicatis piiis operibus, volens easdem suorum Praedecessorum concessiones in suo robore permanere.

In distribuendis autem hujusmodi Coronis, Crucibus etc. earumque usu Sanctissimus Dominus Noster servari jubet *Decretum fel. recor. Alexandri VII. editum sub 6 Februario 1657.* nimimum, ut Coronae, Crucis, Rosaria etc. ut supra benedicta, quoad Indulgentias non transcant personam illorum, quibus concessa sunt, aut quibus ad iis prima vice distribuuntur; nec aliqua re ex praedictis desperdita, pro ea subrogari altera nullo modo possit, quacumque concessione aut privilegio in contrarium non obstante; nec non eadem commodari, aut preceario dari non possint pro Indulgentiarum communicatione, alioquin amittant Indulgentias jam concessas: tum etiam praefata post Pontificiam Benedictionem vendi non possint: juxta dispositionem *Decreti Sacrae Congregationis Indulgentiarum et Sacrarum Reliquiarum* editi die 5 Junii 1721.

Insuper Sanctitas Sua confirmat Decretum *fel. recor.*
Benedicti XIV, datum die 19. Augusti 1752, quo expresse declarat Missas ad Altare (in quo aliqua ex praefatis sive Crucifixi sive Numismatis Imago quoquo modo collocata fuerit) leetas, sive a Sacerdote hujusmodi Imaginem secum habente celebratas, vigore dictae Imaginis nullo prorsus gaudere privilegio.

Praeterea vel tunc quisquam, quem Infirmis mortis proximis assistere contigerit, Benedictionem cum Indulgencia Plenaria in articulo mortis, vigore hujusmodi Imaginis, illis impetrari audeat sine speciali facultate in scriptis obtenta, quoniam ad hujusmodi effectum in Constitutione *Benedicti XIV, incipien.* *Pia Mater,* satis provisum jam fuit.

BENEDICTIONES

PROPRIE NONNULLORUM ORDINUM REGULARIUM.

Qua sequuntur benedictiones nonnisi a Sacerdotibus speciale facultatem habentibus adhiberi possunt.

BENEDICTIO

et impositio Scapularis SSmae Trinitatis.

(Propria Ordinis SSmae Trinitatis Redemptoris Captivorum.)

Sacerdos induitus superpelliceo et Stola albi coloris dicit :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dómine Iesu Christe, qui tégumen nostrae mortalitatis indúere dignátus es, obseerámus imménsam tuae largítatis abundántiam, ut hoc genus vestiménti, quod Sancti Patres ad innocéntiae et humilitatis indíctum abrenuntiántes sæculo ferre sauxérunt. Tu ita bene ✠ dicere dignérис, ut hic fánum tuus (*vel* fánum tua) N. qui (*vel* que) hoc indútus (*vel* indúta) fúerit vestiménto, te quoque indúere mereátur. Qui vivis et regnas per ómnia sæcula sæculórum. R. Amen.

Postea aspergit aqua benedicta.

MODUS IMPONENDI

dictum Scapulare.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Adésto Dómine supplicatióibus nostris, ut hunc fánum tuum (*vel* fánum tuum), cui in tui nómine habitum Religiónis SSmae Trinitatis impónimus, Tu ita bene ✠ dicere dignérис, ut te largiénte devótus (*vel* devóta) persístat, et vitam cónsequi mereátur aeternam. Per Dóminum nostrum Iesum Christum. etc.

Nunc imponitur S. Scapulare a Sacerdote dicente :

Accipe hábitum SSmae Trinitatis in augmémentum fidei, spei, et charitatis in nómine Patris ✠ et Fílii et Spíritus Sancti. R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedísti fámulu tuo,
(*vel* fámuла tuae) in Confessióne vere fidei aeternae
Trinitatis glóriam agnóscere, et in potentia majestatis
adorare unitátem, quæsumus, ut ejúsdem fidei firmitáte
ab omnibus semper muniátur adverſis.

Deus qui per Sanctos Joánnem et Felícem Ordinem
SSmae Trinitatis ad rediméndum de potestáte Saracénorum
captivos, cœlitus institúere dignátus es: præsta
quæsumus, ut eórum suffragántibus méritis a captivitaté
córporis et ánimæ Te adjuvánte liberéatur hic fábulus
tus, (*vel* hæc fámuла tua). Per Christum Dóminum
nostrum.

R. Amen.

Suscípiat te SSma Trinitas in númerum Confrátrium,
Consororúmque Confraternitatis nostre, et licet te indigne
suscípimus, in oratióibus tamen nóstris precámur,
ut tibi SSma Trinitas concédat tempus bene vivendi,
canstántiam perséverándi: et sicut nos hodie fraterna
cháritas spirituáliter jungit in terris, ita Divína Píetas,
quæ dilectionis est ámetrix, et amátrix, nos cum fidélibus
suis conjúngere dignétur in cœlis. Per Christum
Dóminum nostrum.

R. Amen.

Datur Benedictio dicendo :

Pax et Benedictio Dei Omnipoténtis Patris  et Fílii et Spíritus Sancti descéndat super te (*vel* super vos)
et máneat semper.

R. Amen.

BENEDICTIO

TRISAGII SANCTISSIME TRINITATIS

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens, et misericors Deus, qui per Filium tuum Unigenitum, et per Prophetas et Apóstolos tuos SSmae Trinitatis Mystérium revelare dignatus es: ut Sanctorum Angelorum Chorus imitantes in terris dignas et devotas tibi laudes referamus, tuam obsecramus clementiam, ut haec Trisagia (*vel* hoc Trisagium) quæ (*vel* quod) in honorem, et laudem ejusdem SSmae Trinitatis, ab Ecclesia fideli dicata sunt (*vel* dicatum est) bene  dicas, et sanctifices eisque, (*vel* eique) tantum infundas Spíritus Sancti virtutem, ut quicunque horum quolibet portaverit, atque in domo sua reverenter servaverit, seu devote recitaverit, tua Divina virtute ab omnibus animæ et corporis periculis eruatur, sitque cónsors et particeps Gratiarum omnium, Privilegiorum et Indulgientiarum, quæ ab Apostólica Sede concéssa fuerint, atque in exitu suo a Sanctis Angelis tuis, in conspectu Divinae majestatis praesentari mereatur. Per Dominum nostrum Iesum Christum, etc.

Postea aspergatur aqua benedicta.











IMAGE EVALUATION TEST TARGET (MT-3)



6"



Photographic Sciences Corporation

**23 WEST MAIN STREET
WEBSTER, N.Y. 14580
(716) 872-4503**

28
32
25
22
20

10

METHODUS

pro crigendis Stationibus Viae Crucis.

(Propria Ordinis Minorum Observantium S. Francisci.)

Sacerdos superpelliceo et stola violacei coloris indutus uno saltu clericu adhibito, qui ei opportuno tempore porrigitur possit vasculum Aquae benedictae cum aspersario, et thuribulum cum incensi nariacula ascendit. Altare, ibique stans brevi sermone super præstantia et utilitate pii exercitii Viae Crucis populum alloquetur: deinde genuflexus in infimo gradu intonabit:

HYMNUS.

Veni, Creator Spíritus
 Mentes tuórum vísta
 Imple supérna grátiá,
 Que tu créasti, péctora.
 Qui díceris Paráclitos,
 Altíssimi donum Dei,
 Fons vivus ignis cháritas,
 Et spiritális únctio.
 Tu septifórmis múnere,
 Dígitus Patérna déxteræ,
 Tu rite promíssum Patris,
 Sermóne ditans gúttura.
 Accénde lumen sénisibus,
 Infúnde amórem córdibus,
 Infirma nostri cónporis
 Virtute firmaus pépeti.
 Hostem repéllas lóngius,
 Pacémque dones prótinus :

Ductóre sic te prävio
 Vitémus omne nójum.
 Per te seiámus da Patrem,
 Noseámus atque Fílium,
 Teque utriúsque Spíritum
 Credámus omni témpore,
 Deo Patri sit glória,
 Et Filio, qui a mórtuis
 Surrexit ac Paráclito.
 In saeculórum saecúla. Amen.
 V. Emítte Spíritum tuum, et creabúntur.
 R. Et renovábis fáciem terræ.

OREMUS.

Dóns, qui corda fidélium sancti Spíritus illustratióne
 docuisti : da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et
 de ejus semper consolatióne gaudére.

Defénde quasumus Dómine, beáta María semper Vírgine intercedénte, pópulum istum (*vel* Famíliam istam) ab omni adversitaté, et toto corde tibi prostrátum (*vel* prostrátam) ab hóstium propítius tuére eleménter insídiis.

Actiōnes nostras quasumus Dómine aspirándo präveni, et adjuvándo proséquere, ut emeta nostra oratió et operatió a te semper incípiat, et per te copta finiátur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum qui tecum vivit et regnat per ómnia saecula saeculórum. Amen.

BENEDICTIO TABULARUM PICTARUM

(*si adsunt*)

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
 R. Qui fecit celum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens sempítérne Deus, qui sanctórum tuórum imágines sculpi, aut pingi non reprobas, ut quóties illas oculis cōporis intuémur, toties cōrum actus, et sanctitátem ad imitándum memória eóulis meditémur : has quæsumus imágines in honórem, et memóriam Unigeniti Fílii tui Dómini nostri Iesu Christi adaptátas bene **¶** dicere, et sancti **¶** sicut dignéris, et praesta : ut quicunq[ue] coram illis Unigenitum Fílium tuum supplíciter cōlere, et honorare studíerit, illius méritis, et obténtu, a Te grátiam in præsénti, et aetérnam glóriam obtineat in futúro. Per eundem Christum etc.

Tunc Sacerdos eas aspergit aqua benedicta, et incensat. In Oratorio privato omitti potest incensatio.

BENEDICTIO CRUCIUM

quae ex ligno esse debent.

V. Adjutórium nostrum in nōmine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Rogámus te, Dómine sancte, Pater omnipotens, semipítérne Deus, ut dignéris bene **¶** dicere haec signa crucis tuae, ut sint remédia salutária géneri humáno : sint soliditas fidei, bonorum óperum proféctus, et redémpcio animárum ; sint solámen, et protéctio, ac tutéla

contra sive jacea inimicorum. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

Bene ✠ dic Domine has crues, quia per crucem sanctam tuam eripiisti mundum a potestate daemonum, et superasti Passione tua suggestorem peccati, qui gaudebat in pravaricatione primi hominis per ligni vestimenti sumptionem. *Tunc Sacerdos eas aspergens dicat:* Sanctificentur ista crueis signa in Nominis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, ut orantes, inclinantur se propter Deum ante estas crues inveneriant sanitatem animae, et corporis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde cantatur sequens:

HYMNUS.

Vexilla Regis prodeunt,
 Fulget crucis mysterium :
 Qua vita mortem pertulit,
 Et morte vitam protulit.
 Que vulnerata lancea
 Muerone diro, criminum
 Ut nos lavaret sordibus,
 Manavit unda, et sanguine.
 Implenta sunt, quae concinuit
 David fideli carmine,
 Dicendo nationibus :
 Regnavit a ligno Deus.
 Arbor decora et fulgida,
 Ornata regis purpura.
 Electa digno stipte
 Tam sancta membra tangere.

Beata, cujus brachiis
 Prétium pepéndit saeculi,
 Statéra facta cōporis,
 Tulítque prædam tārtari.
 O crux, ave, spes única,
 Hoe passiōnis tēpore,
 Piis adáuge gratiām,
 Reisque dele crīmina.
 Te, fons salūtis Trinitas,
 Collaudet omnis sp̄iritus :
 Quibus crucis victoriām
 Largíris, adde præmium.
 Amen.

HYMNES.

Stabat mater dolorosa
 Juxta crucem lacrymosa,
 Dum pendebat Filius.
 Cujus animam geméntem,
 Contristatam et doléntem,
 Pertransivit gládium.
 O quam tristis et afflicta
 Fuit illa benedicta
 Mater Unigéni !
 Quae moerébat, et dolébat,
 Pia mater dum vidébat
 Nati pœnas inelyti.
 quis est homo, qui non fleret,
 Matrem Christi si vidéret
 In tanto supplício ?
 quis non posset contristári
 Christi matrem contemplári
 Doléntem cum Filio ?

Pro peccatis sue gentis
 Vedit Jesum in tormentis,
 Et flagellis subditum.
 Vedit suum dulcem Natum
 Moriendo desolatum,
 Dum emisit spiritum.
 Eja, mater fons amoris,
 Me sentire vim doloris
 Fae, ut tecum lugeam,
 Fae ut ardeat eor meum
 In amando Christum Deum,
 Ut sibi complaceam. Amen.

Sacerdos accedens ad locum primae Stationis, osculatur Crucem et tabulam, casque, vel per se, vel per laicam decenti habitu indutum, collocat in loco ad id preparato; deinde legit meditationem et precem huie Stationi respondentes: quod et fieri in ceteris stationibus. Quibus finitis cantatur sequens:

HYMNUS.

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur.
 Te aeternum Patrem omnis terra veneratur.
 Tibi omnes angeli, tibi caeli et universae potestates:
 Tibi cherubim et seraphim incessibili voce proclamant:
 Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
 Pleni sunt caeli, et terra majestatis glorie tue.
 Te gloriosus apostolorum chorus,
 Te prophetarum laudabilis numerus,
 Te martyrum candidatus laudat exercitus.
 Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia,
 Patrem immense majestatis.

Venerandum tuum verum, et unicum Filium,

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

Tu rex gloriae, Christe.

Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti virginis uterum.

Tu devicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna celorum.

Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti.

Eterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum, Domine, et benedic hereditati tue.

Et rege eos, et extolle illos usque in aeternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in saeculum, et in saeculum saeculi.

Dignare, Domine, die isto, sine peccato nos custodire.

Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.

In te, Domine, speravi : non confundar in aeternum.

V. Benedicamus Patrem, et Filium cum sancto Spiritu.

R. Laudemus, et superexaltemus eum in saecula.

OREMUS.

Deus, cuius misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, piissimae majestati tue pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clemen-

tiam exorántes, ut qui peténtibus postuláta concédis,
eósdem non déserens ad prémia futúra dispónas. Per
Christum Dóminum nostrum. Amen.

Tunc Sacerdos benedicit populum cum cruce.

FORMULA

ad fidem faciendam de creatione Via Crucis.

Vigore facultatis mihi commissae. Ego N. N. Viam Crucis eum annéxis Indulgéntiis eréxi in loco, ut supra in précibus etc. juxta regulas a s. Indulgéntiarum Congregatiōne die 10. Maii 1742. præscriptas. In quorum fidem testimoniūm hoc mea manu exarávi hæc die etc.

BENEDICTIO ET IMPOSITIO

*Habitus vel Scapularis nigri Sanctissime Crucis
Passionis D. N. Iesu Christi.*

(Propria Congregationis Clericorum Regularium SSmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi.)

Sacerdos induitus superpelliceo et stola rubea, eo genuflexo cui Habitum vel Scapulare est impouendum, dicit :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Iamine Iesu Christe, qui pro redemptiōne mundi vobuſti nasci, circumcidisti, a Judæis reprobasti, a Judæo traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annie,

Cáiphae, Piláti et Heródis indecérter offérri, a falsis téstibus accusári, flagéllis et oppróbriis vexári, sputis cónspui, spinis coronári, cólaphis cædi, arúndine pérenti, fácie velári, véstibus éxui, cruei clavis affligi et láneea vulnerári : Tu Dómine, per has sanctíssimas penas tuas, et sanctam Crucem et Mortem tuam hujus fámuli tui (*vel famulæ tuæ*) intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut charitatis tue dulcedine perfúsus (*vel perfusa*) láerymas compunctiōnis júgiter effundat, totaque virtate te díligat, et que tibi plácita sunt tota dilectione perficiat. Qui vivis et regnas cum Deo Patre etc.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedictum.

R. Ex hoc nunc et usque in sæculum.

V. Dómine exaudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíitu tuo.

OREMUS.

Dómine Iesu Christe, qui tégumen mortalitatis nostræ assúmere dignátus es, te humíliter deprecámur, ut hoc indumentum, quod in memoriā tuae SSmae Passiónis et Mortis institútum fuit, bene  dicere et sancti  scáre dignérис, ut hic fáculus tuus (*vel haec famula tua*) qui (*vel quæ*) ipsum gestáverit, ejusdem Passiónis particeps efféctus (*vel effecta*) atérnam glóriam tuam cónsequi mercátur. Qui vivis et regnas in saecula sæculórum. R. Amen.

Hic Sacerdos sacrum Habitum vel Scapulare aspergit aqua benedicta, et illud imponit dicens :

Induat te Dóminus novum hóminem, ut hæ lugubri

lisis té-
tis cón-
pérenti,
láneca
as tuas,
uli tui
ámmia,
lácery-
tate te
perficiat.

penitentie téssera munitus júgiter aspicias ad Jesum,
quem manus impiórum confixérunt, et dôleas super eum
ut doleri solet in morte primogéniti.

R. Amen.

Deinde subiungit :

Et ego ex facultate mihi concéssa recipio te ad participatiómem ómnium bonórum spirituálium, quibus ex Apostólico Privilégio gáudet Congregatió SSme Crucis et Passiónis D. N. Iesu Christi. In nómine  Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

In fine tandem :

Pássio Dómini Nostri Iesu Christi sit semper in cór-
dibus nostris. Amen.

BENEDICTIO ROSARIORUM B. M. V.

(Propria Ordinis Predicatorum.)

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

V. Dómine exáudi oratiómem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíitu tuo.

OREMUS.

Omnipotens et miséricors Deus, qui propter exímiam charitátem tuam quæ dilexisti nos, Filium tuum uni-
génitum Dóminum nostrum Iesum Christum de cœlis in
terram descéndere, et de Beatissimae Mariæ Dómina No-
stræ útero sacratíssimo, Angelo nunciante carnem suscí-
pere, crucémque ac mortem subire, et tértia die glorióse
a mórtuis resúrgere voluísti, ut nos eríperes de potestáte

diáboli : obsecrámus imménsum cléméntium tuam, ut hæc
signa Rosárii in honórem et láudem ejúsdem Genitrícis
Filii tui ab Ecclésia tua fidéli dicáta bene ✕ dicas et
sancti ✕ fices, eisque tantam infúndas virtútem Spíritus
Sancti, ut quicúmque horum quodlibet secum portáverit,
atque in domo sua reverénter tenúerit, et in eis ad te,
secúndum ejúsdem sanctæ Societatis institútā, divína
contemplando mystéria devóte oráverit, salúbri et per-
severánti devotióne abfudet, sitque cōsors et particeps
ómniū gratiárum, privilegiórum et indulgentiarum que
cídem Societati per sanctam Sedem Apostólicam con-
céssu fuérunt, ab omni hoste visibili et invisibili semper
et ubique in hoc siccuso liberéatur, et in éxitu suo ab
ipsa Beatissima Vírgine María Dei Genitríce tibi plenus
bonis opéribus præsentári mereátur. Per cùmdem Domini-
num nostrum Jesum Christum etc.

R. Amen.

Deinde aspergantur aqua benedicta.

ABSOLUTIO

*impertienda Confratribus Rosarii
in articulo mortis constitutis.*

(Propria Ordinis Prædicatorum.)

*Dicto Confiteor etc. Sacerdos dicat Misereátrur etc.
Indulgéntiam etc. deinde :*

Dóminus Noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui B.
Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi et sol-
vendi, per suam piússimam misericórdiam recípiat con-
fessiónem tuam, et remittat tibi ómnia peccáta, quæ-
cúmque et quomodo cùmque in toto vite decúrsu com-
misisti : de quibus corde contritus et ore conféssus es.

restituens tibi stolam primam quam in bapt'smate rece-
pisti. Et per Indulgéntiam plenáriam a Summis Pontifi-
cibus Immaculaciónis Octavo et Pio Quinto, Confrátribus
Sanctissimi Rosárii in articulo mortis constitutis concés-
sam, liberet te a præséntis ac futurae vite penit, digné-
tur purgatórii cruciátus remittere, portas inférii clau-
dérè, paradisi jánnam aperire: teque ad gaudia sempí-
térrima perducere, per sacratissima sue vitae, passiónis
et glorificatiónis mystéria Sanctissimo Rosário compre-
hensa. Qui cum Patre et Spíritu Sancto Deus unus vivit
et regnat in saecula saeculórum. Amen.

BENEDICTIO HABITUS

ac receptio Confratrum B. M. V. de monte Carmelo.

(Propria Ordinis Carmelitarum.)

*Sodalitati huic nomen datus, ipso die ad Peniten-
tiae, atque Eucharistie Sacra-
menta accedat, ut plenariam
Indulgéntiam a Paulo V. concessam luerari valeat.*

*Si fieri potest, Scapulare benedicendum est ad Altare
Beatissimae Virginis Marie de monte Carmelo, duobus
cereis accensis.*

*Sacerdos superpellicium induat, una cum stola albi
coloris.*

Genuflexo qui habitum recipit, Sacerdos stans dicat:

*Suscépimus Deus misericordiam tuam in médio tem-
pli tui: secundum nomen tuum Deus, sic et laus tua in
fines terrae: justitia plena est déxtera tua.*

Kyrie éléison. Christe éléison. Kyrie éléison.

Pater noster.

Y. Et ne nos indúcas in tentatióne.

R. Sed libera nos a malo.

- V. Salvum fac servum tuum.
 R. Dens meus sperántem in te.
 V. Mitte ei Dómine auxílium de sancto.
 R. Et de Sion tuére eum.
 V. Nihil proficiat inimicus in eo.
 R. Et filius iniquitatis nón appónat nocére ei.
 V. Dómine exáudi oratióne meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobíseum.
 R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Suscípiat te Christus in número fidélium suórum, et nos, licet indigni, te suscípimus in oratióibus nostris. Concédat tibi Deus per Unigénitum suum mediátorem Dei, et hóminum tempus bene vivéndi, locum bene agéndi, constántiam bene perseverándi, et ad atérnæ vitæ haereditátem feliciter perveniéndi; et sicut nos hodie fratéra cháritas spirituáliter jungit in terris, ita divína pietas, que dilectionis est ánetrix et ámatrix, nos cum fidélibus suis conjúngere dignétur in ecclis: Per cùndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

- V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
 R. Qui fecit coelum et terram.
 V. Sit nómén Dómini benedictum.
 R. Ex hoc nunc et usque in saeculum.
 V. Dómine exáudi oratióne meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobíseum.
 R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

AEtérne Pater, et Omnipotens Deus, qui Unigénitum tuum vestem nostrae mortalitatis indúere voluísti:

obscrámus imménsam tuae largitatis bene ✕ dictiōnem
in hoc genus efflúere vestiméti, quod Sancti Patres ad
innocéntiae et humilitatis indíctum a renuntiántibus sae-
culo gestári sanxérunt, et sic ipsum bene ✕ dicere di-
gnéris, ut quicúmque eo usus fúerit indúere mereátur
ipsum Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum,
qui tecum vivit, et regnat in unitate Spíritus Sancti
Deus, per ómnia sœculórum. R. Amen.

OREMUS.

Supplíciter te Dómine rogámus, ut super hunc hábi-
tum servo tuo (*vel* ancíllæ tuae) imponéndum bene ✕
dictio tua benígna descéndat, ut sit bene ✕ dictus, atque
divína virtute procul pellántur hóstium nostrórum visi-
bilem et invisibilium tela nequissima. R. Amen.

Aspergal habitum aqua benedicta, et imponendo dicat:

Accipe vir devote (*vel* devota muller) hunc hábitum
benedictum, precantes Sanctissimam Vírginem, ut ejus
méritis illum pérferas sine mácula, et te ab omni adver-
sitáte deféndat, atque ad vitam perdúcet aeternam.

R. Amen.

Adésto Dómine supplicatiōibus nostris, et hunc fá-
mulum tuum (*vel* hanc ancíllam tuam), quem (*vel* quam)
Sodalitati sanctæ Religiōnis Carmelitárum sociámus, per-
pétrua tríbue firmitáte corroborári, ut perseveráti pro-
pósito, in omni sanctitáte tibi váleat famulári.

Prótege Dómine fámulum tuum (*vel* ancíllam tuam)
subsídiis pacis, et B. Maríæ semper Vírginis patrocínii
confidéntem a cunctis hóstibus redde secúrum (*vel*
secúram).

Bene ✕ dicat te cónditor coeli et terrae Deus omní-
potens, qui te eligere dignátus est ad Beatissimæ Vír-
ginis Maríæ de monte Carmelo Sociátem; et Confrater-

nitátem ; quam precámur : ut in hora óbitus tui cónterat caput serpéntis, qui tibi est adversárius, et tandem tamquam victor palmam, et corónam sempitérnae haereditatis consequáris. Per Christum Dóminum nestrum. R. Amen.

*Sí autem habitus solum sit benedicendus incepitur a
V. Adjutorium nostrum usque ad orationem Sup-
pliciter inclusus.*

Deinde asperget Confratrem Aqua benedicta et subjungat :

Ego anctoráte, qua fungor, et mihi concéssa recípiente ad Confraternitátem saeræ Religiónis Carmelitárum, et invéstio, ac páricipem te fácio ómnium bonórum spírituálium ejúsdem Ordinis. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

*His expletis describatur Confratris nomen in codice
Confraternitatis, et paucis sed efficacioribus verbis cum
adhortetur ad caute, pie, sancteque rirendum, ne Deipara-
ram offendat, quam in posterum peculiari devotionis ob-
sequio et affectu colere, ac reluti singularem ac duleissi-
mam Matrem prosequi fas erit.*

ABSOLUTIO IMPERTIENDA

*Confratribus B. M. V. de monte Carmelo
in articulo mortis constitutis.*

(Propria Ordinis Carmelitarum.)

Cum Sacerdos ingressus fuit infirmi cubiculum, dicat :

V. Pax huius domini.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

*Deinde imposta stola violacei coloris, asperget aegrum
et circumstantes Aqua benedicta in modum crucis dicens :*

Antiphona.

Aspérges me hyssópo etc.

Miserére mei Deus secúndum magnam misericórdiam tuam. Glória Patri etc.

Et repetitur Antiphona. Aspérges me etc.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus sperántem in te.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.

V. Mitte ei Dómine auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

V. Dómine exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Exáudi nos Dómine sancte Pater omnípotens aetérne Deus, et mittere dignéris sanctum angelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque défendat omnes habitantes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Deinde genuflexus dicat Litanias B. V. Mariae.

Kyrie eléison. Christe eléison etc.

Pater noster, et Ave Maria.

Sub tuum præsidium confúgimus sancta Dei Génitrix, nostras deprecatiónes ne despícias in necessitatibus nostris, sed a periculis cunctis líbera nos semper Virgo gloriósa et benedicta. Dómina nostra, médiatrix nostra, advocáta nostra tuo cum Fílio reconcilia, tuo cum Fílio repraesénta.

V. Ora pro eo sancta Dei Génitrix.

R. Ut dignus efficiátur promissiónibus Christi.

V. Dómine exáudi oratióne meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Prótege Dómine fámulum tuum (*vel* fámulam tuam) subsídiis pacis, et Beátæ Maríæ semper Vírginis patrocínii confidéntem a cunctis hóstibus redde secúrum.

Sanetíssimæ Genitrícis tuae Sponsi, quæsumus Dómine, méritis adjuvémur, ut quod possibilítas nostra non obtinet ejus nobis intercessióne donétur.

Omnípotens et misericors Deus, qui humáno géneri et salútis remédia, et vitae aetérnae subsídia contulisti : respice propítius fámulum tuum (*vel* fámulam tuam) infirmitáte córporis laborántem, et ánimag réfove quam creásti ; ut in hora éxitus illius absque peccáti mácula tibi Creatóri suo per manus sanctórum Angelórum repræsentári mereátur.

Deus infirmitátis humánæ singuláre præsídium, auxílii tui super infirmum fámulum tuum (*vel* infirmam fámulam tuam) osténde virtútem, et sic eum grátia tua confirmare dignérис, ut in hora mortis ejus non präváleat contra eum (*vel* eam) adversárius, sed cum angelis tuis tránsitum habére mereátur ad vitam.

Omnípotens sempiterne Deus, qui montis Carméli Ordinem gloriósæ Vírginis Matris Maríæ sacerató titulo insignítum Sanctórum tuórum Eliae, Angeli, Cyrilli, Albérti, Terésiæ, et aliórum plurimórum Sanctórum méritis decorásti ; tríbue, quæsumus, ut per eórum mérita et suffrágia ab instántibus ánime et córporis malis, et

periculis liberatus (*vel* liberata) ad te verum Carmeli verticem gaudens pervenire mereatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

His absolutis dicatur Confiteor, deinde Sacerdos stans dicat :

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perdiceat te ad vitam aeternam.

R. Amen.

Indulgéntiam, absolutiōnem, et remissiōnem peccatórum tuórum tríbuat tibi Omnipotens, et misericors Dominus. Amen.

OREMUS.

Deus omnipotens salvator et redemptor generis humani, qui Apostolis suis dedit ligandi et solvendi potestatem, ipse te absolvere dignetur ab omnibus iniquitatibus tuis, et quantum meae fragilitati permittitur, auxiliante ipso sis ab **X** solutus (*vel* absoluta) ante faciem ejus. Qui vivit et regnat etc.

Deinde conferat Indulgéntiam plenariam in hac formula :

Concedo tibi Indulgéntiam plenariam peccatórum tuorum facultate mihi concessa, et commissa virtute Bullarum Ordinis Carmelitarum, quod si praesens mortis periculum, Deo favente, evaseris, sit tibi haec Indulgéntia pro vero mortis articulo reservata. In nomine Patris, et Fili **X** Ii, et Spiritus Sancti. Amen.

Prees in casu necessitatis possunt omitti, et illico negro absolutio impetriri antequam e vita discedat.

BENEDICTIO ET IMPOSITIO

Scapularis cœrulei B. Mariæ Virginis Immaculatae.

(Propria Clericorum Regularium Theatinorum.)

Qui suscepturus est Scapulare genuflectat, et Sacerdos superpelliceo et stola alba indutus, capite detecto, dicat absolute :

†. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

†. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Iesu Christe, qui tegimen nostræ mortalitatis induere dignatus es, tue largitatis eleméntiam humiliter imploramus, ut hoc genus vestimenti, quod in honorem et memóriam Concepcionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatae, nec non ut illo induti exorent in hominum pravorum morum reformatiōnem, institutum fuit, bene ☧ dicere digneris, ut hic famulus tuus, qui eo usus fuerit, (vel haec famula tua, quae eo usæ fuerit) (*Si plures suscepturi sint dicatur hi famuli tui qui eo usi fuerint* (vel haec famulae tue quae eo usæ fuerint) eadēm Beata Mariæ Virgine intercedente, te quoque induere mereātur (vel mereāntur). Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Postea Sacerdos nihil dicendo aspergit Scapulare (vel Scapularia) aqua benedicta : deinde illud imponit dicens :

Accipe, Frater, (vel Soror) Scapulare Concepcionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatae, ut ea intercedente, vèterem hominem exutus, (vel exuta) et ab omni pec-

catórum inquinamiento mundatus, (*vel* mundata) ipsum pérferas sine mácula, et ad vitam pervénias sempitérnam. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Postea subjungit :

Et ego, ex facultáte mihi concéssa, recipio te (*vel* vos) ad participatiórem bonórum ómnium spirituálium, quae in Clericórum Regulárium Congregatióne, ex grátia Dei, fiunt, et quae per Sanctæ Sedis Apostólicee privilégium concéssa sunt.

In nómine Patris et Fílli et Spíritus sancti.

R. Amen.

Describat nomen ejus (vel nomina eorum) in Libro consueto : et dicat, trina vice, flexis genibus. Orationem sequentem vulgaris sermone una cum adscripto (vel adscriptis).

Láudes ac grátiae sint omni momento Sanctissimo ac Diviníssimo Sacramento.

Et benedicta sit Sancta et Immaculata Concéptio Beatae Vírginis Maríæ.

Hortetur fideles ut hæc elogia sepe sepius repetant ad Indulgencias 200 dierum consequendas.

Deer. Pii VII 30 Junii 1818.—Reser. Pii VI 21 Novembris 1793.

ORDO

*applicandi Indulgentiam Plenariam
in articulo mortis.*

Dicatur ab infirmo, si vires habeat, vel ab alio, si infirmus nequeat : Confiteor Deo etc. a Sacerdote vero Misereátrur, et Indulgéntiam etc. deinde :

Dóminus noster Jesus Christus, Fílius Dei vivi, qui Beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi

atque solvéndi, per suam piissimam misericordiam te absolvat; et ego auctoritatē ipsius, et Beatōrum Apostolōrum Petri, et Páuli ex speciāli grātia mihi trádita, tibi que concéssa, a Summis Pontificibus confirmata, absolvō te ab omni vínculo excommunicatiōnis majóris, et minóris, (suspensiōnis) et interdiūti, si tenéris, in quantum possum et tu indiges; et restituo te sanctis Sacraméntis, Ecclésiae communioṇi et unitati fidélium. In nōmine Patris, et Filiī,  et Spíritus Sancti. Amen.

Item eādem auctoritatē mihi trádita, et tibi concéssa, ego te absolvō ab ómnibus peccatis tuis, quaecumque toto decūrso vītæ, quomodo cumque commisisti, de quibus corde contritus, (*vel* contrita) et ore confessus (*vel* confessā) es, et quorum memoriām non habes usque in præsentem diem, et de quibus confitēri mínime recordatus (*vel* recordata) fuisti: et restituo te illi immoēntiæ, in qua eras, quando baptizatus (*vel* baptizata) fuisti, et puritati cídem, in quantum claves sanctæ matris Ecclésiae se exténdunt. Remitto tibi etiam penas purgatórii, quas per culpas, et offensas contra Deum, et proximum et te ipsum (*vel* teipsum) commissas incurristi. Cláudo tibi portas Inféni, jānuas apério Paradisi: bona per te facta, et facienda, sint tibi in remissionem peccatorum, in augmēntum grātiae, et præmium vītæ aeternæ: et hoc si in infirmitate, qua ægrotas, decedas: álias ex misericordia Dei salva sint tibi, donec fueris in articulo mortis constitutus (*vel* constituta). In nōmine Patris, et Filiī,  et Spíritus Sancti. Amen.



BENEDICTIO ET IMPOSITIO

Scapularis B. Mariae Virginis de Mercede.

(Propria Ordinis B. M. V. de Mercede Redemptionis Captivorum.)

Sacerdos superpelliceo et stola albi coloris iudutus dicit :

V. Ostende nobis Dómine misericordiam tuam.

R. Et salutare tuum da nobis.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíitu tuo.

OREMUS.

Dómine Jesu Christe, qui tégimen nostraræ mortalitatis indúere dignátus es, obseerámus imménsæ largitatis tuae abundántiam, ut hunc hábitum, quem sancti Patres ad innocéntiae, et sanctitatis indíctum ferre sanxérunt, ita bene ☧ dicere dignéris, ut qui eo usus fúerit te indúere mereátur. Qui vivis et regnas per ómnia saecula sæculórum.

R. Amen.

Deinde asperget habitum aqua benedicta et eo postulantem induat dicens :

Ego auctoritaté Dómini Nostri Jesu Christi, et Apostolorum Petri, et Páuli, et mihi commíssa, do tibi hábitum Religiónis Beátæ Maríæ de Mercéde propter devotionem, quam geris ad Sacratissimam et Immaculátam Matrem Dei Maríam, et Ordinem ejus sub nómíne fundátum, eum quo in præsénti grátiam Spíritus Sancti adipisci valéas, et in futúro saeculo glóriam aetérnam, quæ præmium est electórum. In nómíne Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.

Postea dicatur :

HYMNUS.

Veni, Creador Spíritus,
 Mentes tuorum visita,
 Imple supérna grátia,
 Quæ tu creásti péctora.
 Qui díceris Paráclitus,
 Altíssimi donum Dei,
 Fons vivus, ignis, Cháritas,
 Et spiritális únetio.
 Tu septifórmis múnere,
 Dígitus Patérnæ déxtera,
 Tu rite promíssum Patris,
 Sermóne ditans gúttura.
 Accénde lúmen sénsibus,
 Infúnde amórem córdibus,
 Infirma nostri córporis
 Virtúte firmans pépeti.
 Hostem repéllas lóngius,
 Pacémque dones prótinus ;
 Ductóre sic te prævio.
 Vítémus omne nóxiūm.
 Per te sciámus da Patrem,
 Noscámus atque Fílium :
 Teque utriúsque Spíritum
 Credámus omni témpore.
 Deo Patri sit glória,
 Et Fílio, qui a mórtuis
 Surréxit, ac Paráclito,
 In sæculórum sæcula.
 Amen.

- V. Emítte spíritum tuum, et creabúntur.
 R. Et renovábis fáciem terræ.
 V. Salvum fac servum tuum, (vel ancillam tuam).
 R. Deus meus sperántem in te.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Adésto Dómine supplicatióibus nostris, et hunc fámu-
 lum tuum (*vel* fámulum tuam) bene  dicere digné-
 ris, cui in tuo sancto nómine hábitum sanctæ Religiónis
 B. Mariæ de Mercéde impónimus, quem ex devotióne
 cupit portáre, dum vitam dúixerit in humánis : ut te lar-
 giénte, et devótus (*vel* devóta) in Ecclesiá persístere,
 et vitam percípere mereátur aetérnam. Per Christum Dó-
 minum nostrum. Amen.

BENEDICTIO

alia ejusdem Scapularis.

(Propria ejusdem Ordinis.)

- V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
 R. Qui fecit cœlum et terram.
 V. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.
 R. Et salutáre tuum da nobis.
 V. Dómine exáudi oratióнем meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Dómine Iesu Christe, qui tégimien nostræ mortalitatis
 indúere dignátus es : obseerámus imménsæ largitatis

tue abundántiam ; ut hoc genus vestimentórum, quod sancti Patres ad innocéntiae et sanctitatis indicium fere sanxérunt, ita bene **¶** dicere dignéris ; ut qui hoc usus fiterit, te indúere mereátur. Qui vivis et regnas in saecula saeculórum. R. Amen.

OREMUS.

Pater misericordiárum et Deus totius consolationis, qui te máxime mirábilem et laudábilem præbes in glorio-síssima Vírgine María, unigéniti Fílli tui Matre, qui nobis eam in misericórdiae Matrem donásti, captivórumque redemptrícem effecísti, in ipsáque glorificári complaces : tuam súpplices exorámus cleméntiam, ut super hoc signum, (scapuláre seu vestíméntum), pro ipsíus sanctissimae Vírginis veneratióne adaptátum, et super quálibet ipsíus partem, sacram tuam bene **¶** dictiōnem benígnus effundas ; et praetes, ut qui ea devóte colúerit, potentissimum redemptricis supérnae experiáatur auxílium, tuamque misericórdiam piissimam in præsénti et in futúro sæculo. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

OREMUS.

Clementíssime Dómine Deus, qui beatissimam Vírginem Mariam, Fílli tui felicíssimam Matrem byssino spléndenti, et cándido in ætérnum fulgérē fecísti ; bene **¶** dicere, quæsumus, velis album istud operíméntum, in ejúsdem Vírginis Matris, captivórum auxiliátricis, honórem conserárum ; ut qui venerétur devóte, a malis ómnibus sit liber, et supérno byssino in cœlis vestíri mereátur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO ET IMPOSITIO

Cinturie Beatae Mariae Virginis.

(Propria Ordinis Eremitarum S. Augustini.)

Sacerdos superpelliceo ac stola alba indutus dicat :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens, et misericors Deus, qui peccatoribus pietatis tue misericordiam querentibus, veniam, et misericordiam tribuis; oramus elementiam tuam, ut hanc corrigit bene ✕ dicere, et sanctificare digneris, ut omnis persona, que pro peccatis suis illa praecincta fuerit, atque eam portaverit, gratiam tibi continentiam, mandatorumque tuorum obedienciam servet, et intercedentibus B. Mariae semper Virgine, ac sanctis Augustino, et Moneia, veniam peccatorum suorum obtineat, et vitam consequatur aeternam. Per Christum Dominum nostrum.

OREMUS.

Precavimus te, Domine Sancte Pater, omnipotens, aeternae Deus, ut hanc corrigit in signum puritatis bene ✕ dicas ad restringendos lumbos, et renes, et voluntatem sub tua lege comprimendam; ut quicunque illam devotionis studio semper portaverit, et misericordiam tuam imploraverit, veniam, et indulgentiam tuae sanctissimae Misericordiae consequatur, Per Christum Dominum nostrum. Amen.

BENEDICTIO CORONÆ.

Dómine Iesu Christe, qui discípulos tuos oráre docuísti, súseipe quæsumus bene ✕ dicéndo orationes famulórum, famularumque tuárum, ut illórum oratio a te semper incípiat, et per te cœpta finiáatur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

BENEDICTIO PERSONÆ.

A désto, Dómine supplicatiōibus nostris, ut hie fámu-lus tuus (*vel* hæc fámula tua) eni in tuo sanetissimo Nómine hanc corrígiam impónimus, te largiénte semper devóte in sancta Religiōne persístat. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde ipsam aspergat aqua benedicta.

Postea eam cingens corrigia dicat :

Accipe corrígiam super lumbos tuos, ut sint lumbi tui praeceíneti in signum temperántiæ, et castitatis. In nómine Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti. Amen.

Deinde dicat Sacerdos :

Dóminus qui cœpit in vobis opus bonum, et ipse perficiat, et augmémentum grátiae, et glóriæ, méritis Beátæ Maríæ semper Vírginis, et sancti Augustíni, ejúsque devotissimæ Matris Mónicæ vobis coneédat. Amen.

Et ego auctoritaté qua fungor, indultóque Apostólleo mihi commisso, vos recípio, atque accépto et partícipes ómnium bonorum, quæ fiunt per totum Ordinem sancti Augustíni constituo.

Benedictio Dei omnipoténtis Patris, et Fílii, ✕ et Spíritus Sancti descéndat super vos, et máneat semper. Amen.

BENEDICTIO IMPERTIENDA

*Confratribus Cincturatis
in articulo mortis constitutis.*

(Propria Ordinis Eremitarum sancti Augustini.)

V. Pax huic domini.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

Confiteor Deo omnipotenti etc.

Misereatur tui omnipotens Deus, etc.

Dominus noster Jesus Christus per suam piissimam misericordiam te absolvat; et ego auctoritate ipsius, et beatorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac sanctae Romane Ecclesiae, in hac parte tibi concedo, et mihi commissa, in quantum possum, et video, et dabo, et mihi permittitur, absolvo te ab omni sententia Excommunicationis majoris, vel minoris, suspensiois, et interdicti, a participatione cum excommunicatis, et restituo te sacrosanctis Sacramentis, Ecclesie communioni, et unitati Fidei dilectioni; in nomine Patris, et Filii, **¶** et Spiritus Sancti. Amen.

Item eadem auctoritate ego absolvo te ab omnibus peccatis tuis, confessis pariter, et oblitis, et a peccatis omnibus tibi in Purgatorio debitibus propter culpas, et offendicas, quas contra Deum, te ipsum, et proximum tuum commisisti. In nomine Patris, etc.

Et hoc, si haec, qua aegrotas, infirmitate moriaris, sin autem salva tibi sit, donec fueris in mortis articulo constitutus. In nomine Patris, et Filii, **¶** et Spiritus Sancti. Amen.

BENEDICTIO

Corona septem dolorum B. Mariae Virginis.

(Propria Ordinis Servorum B. M. V.)

Sacerdos superpelliceo ac stola alba indutus dicat :

- V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
R. Qui fecit celum et terram.
V. Dominus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens et misericors Deus, qui propter nimiam charitatem, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum pro redemptione nostra de celis ad terram descendere, carnem suscipere, et omnis tormentum subire voluisti : obsecramus immensam clementiam tuam : ut hanc coronam, in memoriam septem dolorum Genitricis Filii tui ab Ecclesia tua fideli dicatam, bene  dicas, et sancti  fices, et ei tantam Spiritus Sancti virtutem infundas ; ut quicunque eam reeiverit, ac secum portaverit, atque in domo sua reverenter temperit, ab omni hoste visibili et invisibili, semper et ubique in hoc saeculo liberetur, et in exitu suo a Beatissima Virgine Maria tibi bonis operibus coronatus presentari mercatur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

*Deinde Sacerdos asperget coronam aqua benedicta.
Postea eam porrigen dicat :*

Accipe coronam Beatae Mariae Virginis in memoriam septem dolorum suorum contextam, ut dum eam ore laudaveris, ejus poemas toto corde compatiaris. Amen.

Deinde benedicens dicit :

Pax et benedictio Dei omnipotentis Patris, **X** et Fili, et Spiritus Sancti descendat super te (*vel* super vos) et maneat semper. Amen.

BENEDICTIO CINGULI

S. Thomae Aquinatis ad servandam castitatem.

(Propria Ordinis Predicatorum.)

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Dominine Iesu Christe Fili Dei vivi, puritatis amator et custos, obseravimus immensam clementiam tuam; ut sicut ministerio angelorum sanctum Thomam Aquinatem cingulo castitatis cingere, et a labo corporis, ac animae preservare fecisti; ita ad honorem et gloriam ejus bene **X** dicere et sancti **X** siccari dignoris cingula ista, ut quicunque ipsa circa renes reverenter portaverit ac tenuerit ab omni immunditia mentis et corporis purificetur, atque in exitu suo per manus sanctorum angelorum tibi digne presentari mereatur. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO NUMISMATUM.

S. Benedicti.

(Propria Ordinis S. Benedicti.)

Sacerdos benedicturus Numismata sancti Benedicti incipit absolute :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Exorcizo vos, Numismata, per Deum Patrem  omnipotentem, qui fecit celum et terram, mare et omnia quae in eis sunt. Omnis virtus adversarii, omnis exercitus diaboli, et omnis incensus, omne phantasma satanae eradicare et effugare ab his Numismatibus, ut sicut omnibus qui eis usuri sunt salus mentis et corporis, in nomine Patris  omnipotentis, et Iesu  Christi filii ejus Domini nostri, et Spiritus Sancti  Paracleti, et in charitate ejusdem Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est judicare vivos et mortuos, et saeculum per ignem.

R. Amen.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster *securi*.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvoe fac servos tuos.

R. Deus meus, sperantes in te.

V. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Dominus virtutem populo suo dabit.

R. Dominus benedicit populum suum in pace.

V. Mitte eis Domine auxilium de sancto.

R. Et de Sion tuere nos.

V. Dómine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíitu tuo.

OREMUS.

Deus omnípotens bonórum ómnium largítor, súpplices te rogáamus, ut per intercessiónem sancti Benedícti, his sacris Numismátibus líteris ac charactéribus a te designátis tuam benedictiōnem infúndas : ut omnes qui ea gestáverint ac bonis opéribus inténti, fúnerint, sanitátem mentis et córporis, et grátiam sanctificatiónis, atque indulgentias nobis concéssas cónsequi mereántur, omnésque diáboli insídias et fráudes, per auxílium misericórdiae tue effúgere véléant, et in conspéctu tuo sancti et immaculáti appáreant. Per Dóminum nostrum etc.

R. Amen.

OREMUS.

Dómine Iesu Christe, qui voluísti pro totius mundi redemptiōne de Virgine nasci, circumcídi, a Judaeis reprobári, Judae ósculo tradi, vínculis alligári, spinis coronári, clavis perforári, inter latrónes crucifigi, láncea vulnerári, et tandem in cruce mori : per hanc tuam sanctissimam passiónem humíliter exóro, ut omnes diabólicas insídias et fráudes expéllas ab eo, qui Nomen Sanctum tuum his líteris ac charactéribus a te designátis devóte invocáverit, et eum ad salútis portum perdúcere dignéris. Qui vivis et regnas in sæculórum.

R. Amen.

V. Benedictio Dei Patris omnipoténtis, et Fílli, **X** et Spíritus Sancti descéndat super haec Numismáta ac egestantes, et máneat semper. Amen.

Deinde Sacerdos aspergit Numismata aqua benedicta,

BENEDICTIO ET IMPOSITIO

Chordas S. Francisci.

(Propria Ordinis Minorum Conventualium.)

Sacerdos indutus superpelliceo ac stola alba dicat :

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Ora pro nobis beatæ Pater Francisci.

R. Ut digni officiamur promissionibus Christi.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus qui ut servum redimeres, Filium tuum per manus impiorum ligasti; benedictus die, quasumus funem istum et praesta; ut famulus tuus qui eo velut ligamine penitentiæ sui corporis cingetur, vinculum ejusdem Domini nostri Jesu Christi perpetuo memor existat, et in Ordine, quem assumpsit, perenniter perserveret, tuisque cum affectu semper obsequiis se alligatum esse cognoscat. Per Dominum nostrum etc.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui omnibus peccatoriis querentibus veniam et misericordiam, quesita et optata misericorditer tribuisti: oramus immensam clementiam tuam: ut has chordas (*vel* hanc chordam) benedicere et sanctificare digneris; ut quicunque iis (*vel* ea) pro peccatis suis cincti fuerint (*vel* einetus fuerit), et

cleméntiam tuam imploráverint (*vel* imploráverit) méritis et intercessione beatissimi servi tui Francísei véniam et indulgéntiam suórum peccatórum, fructúmque tuae sancte misericordiae consequántur (*vel* consequátur). Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Deinde aspergatur aqua benedicta: mox Sacerdos cingendo eum chorda dicat:

Accipe chordam super lumbos tuos et sint lumbi tui præcincti in signum castitatis. In nómine Patris, et Fílii,  et Spíritus Sancti. Amen.

BENEDICTIO ET IMPOSITIO

Cinguli lani pro chodigeris S. Francisci de Paula.

(Propria Ordinis Minimorum.)

Sacerdos superpelliceo et stola albi coloris iulatus signans se signo crucis dicit:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit celum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnípotens sempitérne et miséricors Deus, qui pietatis tuae indulgéntiam peccatóribus queréntibus, véniam et misericordiam tribuísti; orámus imménsam cleméntiam tuam, ut hoc cíngulum láneum (*vel* haec cíngula lánea) bene  dicere et sanctificare dignérис; ut quicunque pro peccatis suis cincti fúerint, et misericordiam tuam imploráverint, intercedénte beato Francíseo, véniam et in-

dulgéntiam tue sancte misericordie consequántur.
Per Christum Dóminum nostrum. R. Amen.

Aspergit aqua benedicta, deinde porrigit dicens:

Aecipe cíngulum super lumbos tuos, ut sint lumbi
tui präcincti in signum castitatis et temperantiae. In
nominé Patris, **X** et Filii, et Spíritus Sancti. Amen.

MEMORIALE RITUM

*Pro aliquibus præstantioribus sacris functionibus persol-
vendis in minoribus Ecclesiis Parochialibus jussu Be-
nedicti XIII. Pont. Max. editam.*

MONETUM.

Ut Ritus, ac sacre Ceremoniae, visibilia Religionis,
ac Pietatis signa, per quae mentes Fidelium ad rerum
altissimarum contemplationem excitantur, in minoribus
Ecclesiis Parochialibus almae hujus Urbis exakte, ac
uniformiter exerecantur: utque hujusmodi Ecclesiarum
Rectores ab exolyendis functionibus illis præcipiti, qui
bus alma Mater Ecclesia præstantiora nostre Redemp-
tionis indixit recolenda mysteria, minime vel perstrictus
Parochialium Clericorum numerus detineat, vel insuetorū
Ritum anfractus deterreat: ex Decreto particu-
laris Congregationis, a SSmo. Domino nostro Benedicte
PP. XIII. indictae, sub die 1. Decembris proxime elapsi
 anni 1724. pro nonnullis ad sacram Visitacionem Eccle-
 siarum Parochialium Urbis spectantibus, et a Sanctitate
 Sua confirmato: Rectoribus ipsis Memoriale hoc Ritum,
 typis datum, proponitur observandum.

Exactissimam præscriptorum Ritum, cum perstri-
ctissimo Clericorum numero, exhibet praxim. Ut pluri-

minim tres tantum requirit : vix quartum desiderat. Paschoho tamen curae erit, designatos Clericos, quasi manuducens, praecedenter in actionibus peragendis instruere, ut in eisdem attente, et expedite se gerant, neque oscitantur, quo se vertant, nesciant.

Eosdem insuper Clericos modulari, aqua vocum concordia, ea, quae in Processionibus recitanda praecepuntur, edoceat : queque, ut inoffenso pereurrantur pede, suis locis, in ipso hoc Memoriali per extensum inserere, consonum visum est : ut unus idemque libellus, et qua agenda, et que recitanda, suppeditet.

Sex, semel in anno occurrentes, functiones enucleate exponuntur (quas subsequens demonstrabit Index) : ex quibus haud difficile erit, methodum excerpere pro consimilibus ; ut in omnibus custodia Sacrarum Cærimoniarum semper effulgeat.

TITULUS I.

DE BENEDICTIONE CANDELARUM

IN FESTO

PURIFICATIONIS B. MARIE VIRGINIS.

CAPUT I.

DE PREPARANDIS PRO BENEDICTIONE, PROCESSIONE, ET MISSA,

In Abaco, seu Credentia Altaris majoris.

1. *Calix pro Missa cum omnibus ornamentis coloris albi : ni festum incidat in Dominica privilegiata, quia tunc coloris violacei.*

2. *Planeta, Stola, et Manipulus coloris albi, vel violacei, si in Dominica, ut supra.*

3. *Thuribulum, et Naricula cum thure.*

4. *Vas aquæ benedictæ cum Aspersorio.*
5. *Pelvis cum medulla Panis, et rasa pro lotione manum post distributionem Candalarum.*
6. *Manutergium,*
7. *Pelvicula cum ampullis vini, et aquæ, et mappula ad manus tergendas.*
8. *Exemplaria hujus Memorialis pro recitandis in Processione.*

In Altari.

1. *Pallium violaceum faciliter amovibile, et aptatum super aliud albi coloris, si Missa erit de Beata Maria.*
2. *Missale in cornu Epistole super pulvino violaceo; vel parvo legili.*

Prope cornu Epistolæ in plano.

1. *Mensa cooperta mantili albo, et super eam Candela benedicenda, similiter aliqua mappa munda cooperta.*
2. *Crus Processionalis.*

In Sacristia.

1. *Tria Superpellicea pro Clericis.*
2. *Amictus, Alba, Cingulus, Stola, et Pluriale coloris violacei pro Celebrante.*
3. *Fœnus cum igne, et forcipe.*

CAPUT II.

DE SACRIS RITIBUS IN FESTO PURIFICATIONIS
BEATÆ MARÍÆ VIRGINIS ABSOLVENDIS.

§. I. *De Benedictione Candalarum.*

1. **C**irca horam diei tertiam, tres Clerici, talari habitu induti, accipiunt Superpellicea in Sacristia, atque disponunt omnia, ut in Cap. præc.

2. Festivo Campanarum sonitu convocetur Populus.
3. Celebrans, facta præparatione ad Missam, ac lotis manibus in Sacristia, ministrantibus secundo, et tertio Clerico, accipit super Cottam, Amictum Albam, Cingulum, Stolam, et Pluviale coloris violacei.

Si fuerit dies Dominica, Celebrans sic iudatus benedicit Aquam pro Aspersione ut in Missali.

4. Interim primus Clericus amovet ab Altari vasa florum, et Candelas in eo accedit.

5. Celebrans, facta cum Clericis debita reverentia Crucis, vel Sacrae aliae Imagini in Sacristia, praecedente primo Clerico manibus junctis, medius inter secundum, et tertium Clericum, elevantes fimbrias Pluvialis, teeto capite, procedet ad Altare.

6. Ante infimum gradum deponit Biretum in manibus primi Clerici, qui, ex reposito, Candelas discooperit.

7. Celebrans, facta in plano vel reverentia Crucis, vel genuflexione super infimo gradu, si adsit Tabernaculum recondens SS. Eucharistiam, ascendit ad Altare, et osculatur illud in medio.

Si facienda sit Aspersio Aquæ Benedictæ, Celebrans genuflexus in primo gradu inferiori procedit ad Aspersionem, ut in Missali, et deinde ascendit ad Altare ut supra.

8. Celebrans, osculato Altari, accedit ad cornu Epistole semper medius inter Clericos, ut in num. 5.

9. Ibidem facie ad Altara, manibus junctis, in tono feriali, dicit: *Dominus regnoscum*, et postea subjungit, *Oremus*, et Orat. *Domine Sancte etc.* cum quatuor aliis Orationibus.

10. Interim primus Clericus ponit Ignem in Thuribulo, et accipit Naviculam.

11. Dum dicitur quinta Oratio, tertius Clericus, qui erat a sinistris Celebrantis, facta genuflexione Altari, re-

cedit, et accepto e Credentia Vase Aque Beneditae, una cum Clerico Thuriſterario accedit ad Celebrantem.

12. Celebrans completa quinta Oratione, ministrante cum osculis consuetis Nauiculam secundo Clerico, qui est a dexteris ejus, imponit cum benedictione Incensum in Thuribulo.

13. Deinde, accepto Aspersorio a secundo Clerico, ter aspergit Candelas, in medio, a dextris earum, et a sinistris, dicens submissa voce Ant. *Asperges me etc.*

14. Successive similiter triplici ductu Candelas adolet incenso, nihil dicens.

15. Completa benedictione, Celebrans facta in medio Altaris debita reverentia, sedebit tecto capite super scabellum in suppedanea parte Evangelii (1), et gravis sermone Populum admonebit de Institutione hujus Solemnitatis, atque Mysteriis, et utilitate Candelarum benedictarum, utque Populus reverenter accedat ad distributionem.

§. II. *De Distributione Candelarum.*

1. Expleto sermone, primus Clericus accipit e Mensa Candelam pro Celebrante, et, *nisi uisit aliquis in Presbyterali ordine constitutus*, eam collocat in medio Altaris.

2. Celebrans, facta reverentia in medio Altaris, genuflectit super suppedaneo facie ad Crucem.

3. Sic genuflexus accipit ex Altari Candelam, et eam osculatur, et tradit primo Clerico servandam.

Si uisit aliquis Sacerdos, hie dabit Candelam Celebranti stanti facie ad Populum, eunt osculo Candelae tantum, et Celebrans similiter Candelam (2) tantum osculabitur.

4. Deinde Celebrans accedit ad cornu (3) Epistola.

(1) Bauldr. p. 4, cap. 3, art. 3, n. 13.

(2) Bauldr. p. c. 4, 3, art. 2, n. 13, Gavant. in Dom. Palm. n. 14, lit. g.

(3) Bauldr. loc. cit. art. 4, num. 3.

tae, una
strante
eo, qui
censum
rico, ter
a sinis-
c.
adolet
medio
er sea-
rmonie
nitatis,
tarum,
em.

Mensa
n Pre-
Altaris,
genu-
et eam
branti
um, et
ur.
istole,

It, g.

et alternatim cum suis Clericis alta, et aequa voce, more Clericorum Regularium, recitabit Ant. *Lumen etc.*, et Canticum : *Nunc dimittis etc.*

5. Repetita post *Sicut erat in principio etc.* Ant. *Lumen etc.* Celebrans, facta inclinacione Crucis, vertit se ad Populum, et distribuit Candelas primo Presbyteris, si adsint; deinde Clericis, dispositis seriatim super ora suppedanei, et digniores prope cornu Epistolæ : qui omnes genuflexi Candelam, et manum Celebrantis osculabuntur.

6. Deinde Celebrans, facta reverentia Altari, medius inter suos Clericos accedit ad cancellos Presbyterii a parte Epistole.

7. Ibidem incipit distribuere Candelas primo Viris, deinde Feminis, præbente ei Candelas tertio Clerico a sinistris, allatas a primo Clerico.

8. Completa distributione, Celebrans lavabit manus in plano Epistolæ, fundente aquam primo Clerico, et aliis duobus manutergium ministrantibus.

9. Celebrans, lotis manibus, accedit ante Altare per longiorem, factaque in medio Crucis (1) reverentia, pergit ad librum in cornu Epistolæ.

10. Ibi cum suis Clericis, alta voce recitabit Antiphonam *Exurge Domine etc.*

11. Deinde stans ibidem subdit : *Oremus*, et si sit post Septuagesimam, et non in die Dominice, subjungit ipsem, ac genuflectens cum omnibus : *Flectamus genua*, et secundus Clericus primo surgens, respondet : *Levate.*

12. Postmodum Celebrans dicit Orationem : *Eaudi quasumus Domine etc.* semper tenens manus junetas, ut supra.

(1) Ex Castald. lib. 3, sect. 8, cap. 3, n. 7, Gavant. p. 4, 6, 10, lit. g, n. 18.

§. III. *De Processione.*

1. Completa Oratione, Celebrans accedit ad medium Altaris, ibidem accipit a primo Clerico Candelam accensam, et exemplar hujus Memorialis, vel Rituale pro Antiphonis in Processione cantandis.

2. Duo alii Clerici similiter accipiunt Candelas accensas, et exemplaria hujus Ritualis.

3. Celebrans vertit se ad Populum, et dicit : *Procedamus in pace*, et Clerici respondent : *In nomine Christi. Amen.*

4. Celebrans incipit recitare Antiph. *Adorna etc.* ut infra, et alternatim cum Clericis sibi assistentibus reliquas Antiphonas prosequetur.

5. Responso, ut supra : *In nomine Christi. Amen.* primus Clericus accipit Crucem Processionalem ; et facta genuflexione Altari, vertit se ad Populum, et procedit, juxta consuetudinem, vel extra Ecclesiam, vel intus eamdem, et dirigit Processionem a sua parte dextera, et circuit, et reddit ante Altare.

6. Subsequitur Celebrans tecto capite, mediis inter Clericos, recitans cum eis sequentes Antiphonas, redactas (*vel in Rituale edition. Pezzana. Venet. 1693*) ad versus, ut commodius cantentur.

Antiphona.

Adorna thálamum tuum Sion : et súscipe Regem Chri-
stum.

Ampléctere Maríam : quæ est cœlestis porta.

Ipsa enim portat Regem glóriae, novi lúminis.

Subsístit Virgo, addúcens mánibus Fílium, ante lucíferum génitum.

Quem accípiens Símeon in ulnas suas prædicávit pó-

pulis : Dóminum eum esse vitæ, et mortis, et Salvatórem mundi.

Respónsum accépit Símeon a Spíritu Sancto : non visúrum se mortem nisi vidéret Christum Dómini.

Et eam indúcerent Púerum in templum : accépit eum in ulnas suas, et benedíxit Deum, et dixit,

Nunc dimíttis servum tuum Dómine : secundum verbum tuum in pace.

Cum indúcerent puerum Jésum paréntes ejus, ut fácerent secundum consuetudinem légis pro eo : ípse accépit eum in ulnas suas.

7. Ingrediéndo Ecclésiam, si extra eam processum fuit, vel in ipso cancellorum Presbyterii ingressu, si Processio intus Ecclésiam peracta fuit, recitatur sequens R.

Resp. Obtulérunt Dómino par túrturum : aut duos pullos columbárum.

Sicut scriptum est : in lege Dómini.

Postquam impléti sunt dies purgatiónis Maríæ : secundum légem Moysi.

Tulérunt Jésum in Jerúsalem, ut sistérent eum Dómine.

Sicut scriptum est in lege Dómini.

Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto.

Sicut scriptum est in lege Dómini.

8. Clericus cum Cruce, facta ante Altare genuflexione, deponit eam in loco suo.

9. Celebrans absolvit *Resp.* : ante Altare.

§. IV. *De Missa post Processionem.*

1. Absoluto *Resp.* primus Clericus resumit Candelas a Celebrante, et Clericis, extinguit, et servat in Credentia.

2. Celebrans facta reverentia Altari accedit ad plenum Epistolæ, in loco ubi alias sedetur in Missa solemni ; et per manus secundi, et tertii Clerici deponit Pluviale

et Stolam violaceam, et accipit Manipulum, Stolam, et Planetam coloris albi, si Missa erit de Beata Maria; alias, deposito Pluviali, accipit Manipulum, et Planetam violaceam pro Missa de Dominica.

3. Interim, si Missa erit celebranda de festo, primus Clericus amovet Pallium violaceum ab Altari, remanente albo, et apponit Vasa florum inter Candelabra, et successice defert Calicem paratum ad Altare, et expanso Corporali, cumdem in medio concinne collocat.

4. Celebraens procedit ad Missam, in qua, si erit de festo, Clerici tenebunt (1) Candelas accensas ad Evangelium, et ab Elevatione usque ad Assumptionem.

5. Dum Celebraens legit. Ant. *Communio*, primus Clericus amovet Calicem ab Altari, et refert ad Credentiam.

6. Completa Missa Celebraens, praecedentibus Clericis, redit, manibus junctis, in Sacristiam.

7. Ibi deponit Paramenta Missalia, et gratias agit de more.

8. Clerici ex Altari, et Abaco reportant omnia in Sacristia, et queque suis locis reponunt.

TITULUS II.

DE BENEDICTIONE CINERUM.

IN CAPITE JEJUNII.

CAPUT I.

DE PREPARANDIS PRO BENEDICTIONE ET MISSA.

In Abaco, seu Credentia Altaris majoris,

1. *Calix paratus pro Missa, cum Velo, et Bursa coloris violacci.*

(1) Gavant, p. 4, tit. II, n. 10 et alii.

2. *Manipulus, et Planeta violacea.*
3. *Thuribulum, et Navicula cum thure.*
4. *Vas aquæ benedictæ cum Aspersorio.*
5. *Pelvis cum medulla panis, et Vasa ad lavandas manus post Cinerum distributionem.*
6. *Manutergium.*
7. *Pelvicula cum Ampullis vini, et aquæ, et Mappula ad manus tergendas.*

In Altari.

1. *Altare cum Pallio violaceo, Cruce, et Candelabris cum Cercis, absque Vasis florum.*
2. *Missale in cornu Epistola super pulvino violaceo, aut legili.*
3. *Vas argenteum, vel ex alia pulchra materia, cum Cineribus ex ramis in precedenti Dominica Palmarum benedictis, combustis, et subtiliter cibratis, et aridis, coopertum vel opereculo consimili, vel velo violaceo, inter Missale, et cornu Epistola.*

In Sacristiam.

1. *Tria Superpellicea pro Clericis.*
2. *Amictus, Alba, Cingulus, Stola, et Pluviale coloris violacei.*
3. *Foculus cum carbonibus accensis, et forcipe.*

CAPUT II.

DE SACRIS RITIBUS IN FER. IV. CINERUM PERSOLVENDIS.

§. I.

1. *Dispositis omnibus, ut supra, per Clericos indutos superpellicieis, hora congrua, solito Campanarum signo, convocetur Populus ad Ecclesiam.*

2. Celebrans in Sacristia, lotis manibus, per manus secundi, et tertii Clerici accipit super Cottam, Amictum, Albam, Cingulum, Stolam, et Pluviale coloris violacei.

3. Primus Clericus accedit Candelas super Altare, et deinde in Sacristiam reddit.

4. Proceditur, facta reverentia Crucis in Sacristia, vel Sacrae Imagini, ad Altare majus.

5. Praeedit primus Clericus manibus junctis, et subsequitur Celebrans teeto capite medius inter secundum, et tertium Clericum.

6. Celebrans ante Altare deponit Biretum in manus primi Clerici, et facit debitam reverentiam Altari.

7. Ascendit Altare medius inter secundum, et tertium Clericum, et osculatur illud in medio.

8. Interim primus Clericus, deposito Bireto, discoperit Cineres.

9. Celebrans accedit ad cornu Epistolæ, et ex Missali recitat cum suis Clericis Ant. *Exaudi etc.*

10. Interim primus Clericus preparat Thuribulum cum igne.

11. Repetita Ant. *Exaudi*, Celebrans stans ibidem, non se vertens ad Populum, dicit in tono feriali, ac manibus junctis: *Dominus robiscum*, et postmodum subjunxit quatuor Orationes.

12. Dum dicitur quarta Oratio, tertius Clericus facta genuflexione Altari, accipit vas Aquæ benedictæ, et una cum Clerico Thuriferario accedit ad Celebrantem.

13. Celebrans ministerio secundi Clerici imponit incensum in Thuribulo, et deinde aspergit, et thurifexat Cineres de more.

14. Expleta Benedictione, Vas cum Cineribus ponitur in medio Altaris.

15. Celebrans sedens, ut alias in Suppedaneo, habet

manus
nictum,
placei.
Altare,
tia, vel
et sub-
undum,
manus
i.
tertium
discoo-
Missali
bulum
bidem,
ac ma-
ubjun-
s facta
et una
nit in-
arificat
ponitur
, habet

sermonem ad Populum super Benedictione, et Imposi-
tione Cinerum in hac feria.

§. II. *De Cinerum Impositione.*

1. Celebrans, *absente alio Sacerdote*, facta reverentia Crucis, genuflectit super Suppedaneo in medio.

2. Sie genuflexus sibi ipsi Cineres in modum Crucis imponit in capite, nihil dicens.

Si adsit alius Sacerdos, hic sine Stola accedens ad Altare, imponit Cineres Celebranti qui stabit capite inclinato, et facie versa ad Populum dicendo: "Memento Homo, quia pulvis es, et in púlverem revertéris."

3. Celebrans, acceptis Cineribus accedit ad Missale in cornu Epistolæ, et recitat cum Clericis, ut supra, Antiph. *Immutemur etc.* usque ad finem.

4. Deinde imponit Cineres omnibus de Clero, dispositis super oram Suppedanei, et dignior erit proximior ad latus Epistolæ: dicens: *Memento Homo etc.*

5. Celebrans, facta reverentia Altari, medius inter secundum, et tertium Clericum, accedit ad cancellos Presbyterii e regione Epistolæ, et imponit Cineres primo Viris, deinde Feminis.

6. Completa impositione, Celebrans in plano Epistolæ, ministrantibus Clericis, layat manus cum mica panis, et tergit.

7. Deinde ascendit Altare per longiore, et facta reverentia in medio, pergit ad latus Epistolæ.

8. Ibidem facie ad Altare dieit manibus junctis: *Do-
minus vobiscum*, et Orationem: *Concede nobis Domine
etc.* et facta ibidem reverentia Altari, descendit ad planum Epistolæ.

§. III. *De Missa.*

1. Celebrans in plano Epistole prope scabellum, adjuvantibus suis Clericis, deponit Pluviale, et accipit Manipulum, et Planetam, et sedet aliquantulum.
2. Interim primus Clericus defert Calicem ad Altare, et expanso Corporali in medio ejus, aptat Calicem super illud.
3. Celebrans procedit ad Missam, in qua omnia, ut in Missali.
4. Dum dicitur *Communio* primus Clericus amovet Calicem ab Altari, et defert ad Credentiam.
5. Completa Missa, Celebrans redit, praecedentibus Clericis, manibus junctis, in Sacerdiam, ubi, depositis paramentis missalibus, Deo gratias agit.
6. Clerici reportant omnia in Sacerdiam et reconducent.

TITULUS III.

DE DOMINICA PALMARUM.

—
CAPUT I.

DE PREPARANDIS PRO SACRIS ACTIONIBUS HUJUS DOMINICÆ.

In Abaco, seu Credentia Altaris majoris.

1. *Calix pro Missa cum omnibus ornamentis coloris violacei.*
2. *Manipulus, et Planeta coloris violacei.*
3. *Thuribulum, et Naricula cum thure.*
4. *Pulvis, et Ureus pro lotione manum.*
5. *Manutergium.*
6. *Pelvicula cum Ampullis vini, et aquæ et Mappula ad manus tergendas.*

7. *Exemplaria hujus Memorialis pro recitandis in Processione.*

In Altari.

1. *Pallium violaceum.*
2. *Missale in cornu Epistole super pulvino violaceo, vel legili.*
3. *Rami Palmarum, loco florum, inter candelabra.*

Prope cornu Epistole in plano.

1. *Mensa cooperata mantili albo, et super eam Palmae benedicende.*
2. *Crux processionalis teeta velo violaceo, et vitta violacea pro liganda Palma in summitate Crucis.*

In Sacristia.

1. *Tria Superpellicea pro Clericis.*
2. *Amictus, Alba, Cingulus, Stola, et Pluviale violacei coloris pro Celebrante.*
3. *Foculus cum igne, et forcipe.*
4. *Vas aquæ benedictæ cum aspersorio.*

CAPUT II.

DE SACRIS RITIBUS IN DOMINICA PALMARUM PERSOLAVENDIS.

§. I. *De Benedictione Palmarum.*

1. *Omnibus suo loco dispositis, festivo campanarum sonitu, hora congrua, convocabatur populus.*
2. *Celebrans in Sacristia, adjuvantibus secundo, ac tertio Clerico, induit super Cottam, Amictum, Albam, Cingulum, Stolam, et Pluviale violaceum.*
3. *Idem benedicit Aquam, ut in Missali, et interim primus Clericus accendit cereos in Altari.*

4. Celebrans, praecedente primo Clerico portante Vas cum aqua nuper benedicta, medius inter secundum, et tertium Clericum, tecto capite, procedit ad Altare, et genuflectit in ejus infimo gradu pro Aspersione aquae benedictæ.

5. Fit aspersio more solito, post quam primus Clericus reponit Missale super legili in cornu Epist. Altaris.

6. Tertius Clericus accipit e erudiantia Manipulum, et illum aptat in (1) brachio sinistro Celebrantis.

7. Celebrans medius inter Clericos, ut in num. 4., ascendit Altare, ac illud osculatur in medio, deinde in cornu Epistole, alta, et aequali voce incipit Ant. *Hosanna etc.*, quam cum Clericis prosequetur.

8. Stans ibidem dicit manibus junctis : *Dominus robisum*, et deinde Orationem : *Deus quem diligere etc.*

9. Subjungit Lectionem, et post eam dicit cum Clericis Responsorium : *Collegunt etc. In monte Oliveti etc.*

10. Praemisso eodem loco : *Munda cor meum*, legit Evangelium et osculatur Textum in fine, et postmodum deponit Manipulum.

11. Deinde dicit *Dominus robisum*, Orationem, et Praefationem, tenens semper manus junctas, tam ad hanc, quam ad subsequentes Orationes.

12. Clerici dicunt *Sanctus, Sanctus etc.*

13. Celebrans praemisso : *Dominus robisum*, subjungit quinque alias Orationes.

14. Interim primus Clericus ponit ignem in Thuribulo, et accipit Naviculam.

15. Dum dicitur quinta Oratio, tertius Clericus, facta genuflexione Altari, accipit e erudiantia Vas Aquæ benedictæ, et una cum Thuriferario accedit ad Celebrantem.

(1) Pauldr. p. 4, cap. 6, art. 4, num. 5.

nte Vas
ndum, et
ltare, et
ne aquæ

us Cle-
Altaris,
ipulum,
s.
num. 4.,
einde in
Hosau-

innus ro-
re etc.
um Cle-
ireti etc.
m, legit
modum

nem, et
ad hanc,

subjun-

ribulo,

is, facta
e bene-
rantem.

16. Celebrans, ministrante secundo Clerico, imponit incensum in Thuribulo cum benedictione, et oseulis.

17. Deinde ter aspergit Ramos, dicens submissa voce : *Asperges me etc.* sine Psal., ac demum eosdem thurificat.

18. Celebrans dicit iterum : *Dominus vobiscum*, et sextam Orationem.

19. Primus Clericus deponit Thuribulum, et tertius ad sinistram Celebrantis.

20. Celebrans sedens sermonem habet Solemnitati congruum.

§. II. *De Palmarum distributione.*

1. Primus Clericus accipit e credentia Palmas pro Celebrante et Clericis, et collocat super Altare.

2. Celebrans, facta reverentia Crucis, genuflectit in medio Altaris.

3. Genuflexus accipit ex Altari Palmam, quam osculatur, et tradit primo Clerico servandam.

*Si adsit aliquis Sacerdos, hic dabit Palmam Cele-
branti, ut dictum fuit de Candela in festo Purificationis.*

4. Celebrans accedit ad cornu Epistolæ, et cum suis Clericis recitat Antiphonas : *Pueri Hebraorum etc.*

5. Deinde, facta inclinatione Crucis, vertit se ad populum, et distribuit Palmas, primo Presbyteris, *si adsint*, deinde Clericis genuflexis in suppedaneo, et Digniores prope cornu Epistolæ; qui omnes osculantur prius Ramum, deinde manum Celebrantis.

6. Celebrans descendit ab Altari, et facta reverentia, accedit ad cancellos Altaris versus cornu Epistolæ.

7. Ibi, offerente Palmas a sinistris primo Clerico, Celebrans incipit easdem distribuere populo, primo Viris, deinde Feminis.

8. Completa distributione, Celebrans lavat manus in plano Epistolæ, Clericis ministrantibus.

9. Accedit per longiorem ad Altare, et in cornu Epistolæ dicit : *Dominus vobiscum*, et ultimam Orationem.

10. Interim primus Clericus apponit, et firmat vitta violacea unam ex Palmis in summitate Crucis processionalis.

11. Completa Oratione, primus Clericus porrigit Celebranti, et allis duobus Clericis Palmas, et Exemplaria hujus Memorialis pro recitandis in Processione.

§. III. *De Processione.*

1. Celebrans, tenens Palmam in manibus, vertit se ad populum, et dicit in medio Altaris: *Procedamus in pace:* et Clerici respondent: *In nomine Christi. Amen:* et Celebrans inchoat: *Cum appropinquaret etc.*

2. Dirigitur Processio, præcedit primus Clericus cum Cruce: sequitur Celebrans medius inter duos Clericos, recitans alternatim cum eis alta voce Antiphonas, quæ sequuntur, ad versus aptatas.

3. Proceditur per latus dexterum Celebrantis extra portam principalem; recitando, ut infra.

Antiphona.

Cum appropinquaret Dóminus Jerosólymam: misit
duos ex discípulis suis, dicens:

Ite in Castéllum, quod contra vos est: et inveniétis pullum Asinæ alligátum, super quem nullus hóninum sedet.

Solvite eum: et addúcite mihi.

Si quis vos interrogáverit: dicite opus Dómino est.

Solvéntes adduxérunt ad Jesum: et imposuérunt illi vestímenta sua, et sedet super eum.

Alii expandébant vestiménta sua in via : alii ramos de arbóribus sternébant.

Et qui sequebántur clamábant : Hosánnā, benedictus qui venit in nómine Dómini.

Benedictum regnum Patris nostri David. Hosánnā in excélsis, miserére nobis fili David.

Alia Antiphona.

Cum audísset pópulus, quia Jesus venit Jerosólymam : accepérunt ramos Palmárum.

Et exiérunt ei óbyiam : et clamábant púeri dicéntes :

Hie est : qui ventúrus est in salútem pópuli.

Hic est salus nostra : et redémptio Israel.

Quantus est iste : cui Throni, et Dominatiónes occúrrunt.

Noli timére filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi sedens super pullum Asinæ : Sicut scriptum est.

Salve Rex fabricátor Mundi : qui venísti redimere nos.

Alia Antiphona.

A nte sex dies solémnis Páschæ : quando venit Dóminus in Cívitátem Jerúsalem.

Occurrerunt ei pueri : et in mánibus portábant ramos Palmárum.

Et clamábant voce magna dicéntes : Hosánnā in excélsis.

Benédictus qui venísti in multitúdine misericórdiae tuæ : Hosánnā in excélsis.

Alia Antiphona.

O ccúrrunt turbæ cum floribus, et Palmis Redemptóri óbyiam : et victóri triumphánti digna dant obséquia.

Filiū Dei ore géntes prædicant : et láudem Christi voces tonant per núbila, Hosánnā in excélsis.

Alia Antiphona.

Cum Angelis, et pueris fidéles inveniámur : triumphatóri mortis clamántes, Hosánnia in excélsis.

Alia Antiphona.

Turba multa, que convénerat ad diem festum clamábant Dómino. Benedictus qui venit in nōmine Dómini, Hosánnia in excélsis.

1. Primus Clericus cum Cruce sistit ante portam principalem facie ad eamdem versa.

2. Secundus, et tertius Clericus intrant Ecclesiam, et clauso ostio, stantes versa facie ad Processionem, dicunt :

N. Glória, laus, et hónor tibi sit Rex Christe Redémptor : Cui puerile decus prómis . . . Hosánnia piuum.

3. Celebrans extra Ecclesiam, facie ad portam, repetit tecto capite.

*Cel. Gloria, laus, et honor tibi sit Rex Christe Redemptor:
Cui puerile decus prompsit Hosanna piuum.*

Cle. Israel es tu Rex, Davídus et inclyta proles ; Nōmine qui in Dómini, Rex benedíete venis.

Cel. Gloria, laus etc.

Cle. Cœtus in excélsis te láudat cœlicus omnis ; et mortális homio, et cuneta créata simul.

Cel. Gloria, laus etc.

Cle. Plebs Hebræa tibi cum Palmis óbyvia venit : Cum prece, voto, hymnis, ádsumus ecce tibi.

Cel. Gloria, laus etc.

Cle. Hi tibi passúro solvabant múnia láudis : Nos tibi regnánti pángimus ecce melos.

Cel. Gloria, laus etc.

Cle. Hi placére tibi, placeat devótio nostra: Rex bone,
Rex élémens, cui bona cuneta plácent.

Cel. *Gloria, laus, etc.*

4. Versibus completis, primus Clericus calce hastilis Crucis percutit imam partem ipsius portæ, ita ut fragor audiatur, et duo Clerici, qui sunt intus Ecclesiam, portam aperiunt, et sistunt se hinc inde ad januam.

5. Primus Clericus cum Cruce ingreditur Ecclesiam, et Celebrans subsequendo, incipit Responsorium: *Ingradiente Domino etc.*

6. Secundus, et tertius Clericus excipiunt Celebrantem, et ponentes illum in medio, prosequuntur cum eo Resp.

Ingrediénte Dómino in Sanctam Cívitátem: Hebraeórum púeri resurrectióne vitæ pronunciántes.

Cum ramis Palmárum: Hosánna clamábant in excélsis.

Cumque audíssent, quod Jesus veníret Jerosólymam: exiérunt óbyiam ei.

Cum ramis Palmárum: Hosánna clamábant in excélsis.

7. Terminatur Processio, et Responsorium ante Altare majus.

8. Primus Clericus deponit Crucem, et deinde recipit Palmas a Celebrante, et Clericis.

9. Celebrans in plano Epistohe, ubi alias sedetur in Missa, deponit Pluviale, et accipit Manipulum, et Planetam, et sedet aliquantulum.

10. Primus Clericus portat Cálizem ad Altare, et expanso Corporali in medio ejus, illum collocat, et aptat.

11. Celebrans procedit ad Missam celebrandam, in qua Clerici poterunt tenere Palmam in manibus, dum legitur Passio, et in fine Misse legitur Evangelium S. Joannis *In principio etc.*

12. Dum Celebrans legit Ant. *Communio*, primus Clericus amovet Calicem ab Altari, et portat ad credentiam.
13. Completa Missa Celebrans reddit manibus junctis in Sacerdostium, Clericis precedentibus.
14. Ibi deponit saera paramenta, et gratias agit.
15. Clerici ex Altari, et credentia resumunt omnia, et suis locis recondunt, et modeste recedunt.

TITULUS IV.

DE FERIA QUINTA

IN CENA DOMINI.

CAPUT I.

DE PRÆPARANDIS PRO FUNCTIONIBUS IN HAC FERIA V. PERSOLVENDIS.

In Altari.

1. *Altare solemniter ornatum, et cum Pallio albi coloris.*
2. *Crux inter candelabra, tecta velo albi coloris.*
3. *Missale super pulvino albo, sive legili in cornu Epistole.*

In Abaco, seu Credentia.

1. *Calix pro Missa cum ornamentis coloris albi, et duplice Hostia.*
2. *Alius Calix cum Palla, Patena, Velo albo, et ligula serica albi coloris.*
3. *Pixis cum Particulis consecrandis ad Communionem Populi, et Infirmorum.*
4. *Pelvicula cum Urceolis vini, et aquæ, et Manutergio.*
5. *Schedulae tradendæ Communicatis.*
6. *Crux processionalis cooperta velo violaceo.*

7. *Thuribulum cum Navicula.*
8. *Velum humerale albi coloris.*
9. *Mappa oblonga extendenda super cancellos in Communione Populi.*
10. *Baldachinum hastatum, vel Umbella pro Processione, extra cancellos.*
11. *Crotalum pro signo Salutationis Angelicæ.*

In Sacristia.

1. *Tria Superpellicea pro Clericis.*
2. *Amictus, Alba, Cingulus, Manipulus, Stola, et Planaeta albi coloris.*
3. *Pluviale album.*
4. *Stola violacea.*
5. *Foculus cum igne, et forcipe.*
6. *Fanalia, sive Candela pro Processione.*

In Sacello parato pro Repositione
SSmi Sacramenti.

1. *Locus ipse ab altari majori distinctus, et decenter velis pretiosis, non tamen nigris, et luminibus, ac floribus ornatus, sine Reliquiis, aut Imaginibus Sanctorum.*
 2. *Supra Altare ibidem erectum Capsula elegans clare firmata, pro Calice serrando.*
 3. *Corporale stratum intra Capsulam.*
 4. *Aliud Corporale super Altare.*
 5. *Scabellum graduatum pro repositione Calicis in Capsula.*
-

CAPUT II.

DE SACRIS RITIBUS FER. V. IN COENA DOMINI PERAGENDIS.

§. I. *De Missa usque ad Processionem.*

1. **S**onus harmonicius campanarum pro convocatione Pupuli.

2. Clerici induti Superpelliceis disponunt omnia suis locis, ut supra.

3. Rector interim excipit Confessiones suorum Parochianorum.

4. Hora congrua Rector Ecclesiae celebraturus induit se paramentis Missalibus albi coloris.

5. Primus Clericus accendit candelas in Altari majori, et aptat Calicem in medio ejus, et retro illum Pixidem cum particulis.

6. Celebrans, praecedente primo Clerico, et post eum secundo cum tertio manibus junetis, procedit tecto capite ad Altare pro Missa.

7. Incipit Missam omisso in Confessione Psal. *Indica me Deus etc.*, et *Gloria Patri*.

8. Ad *Gloria in excelsis* pulsantur campanae : quae deinde silent usque ad Sabbatum Sanetum.

9. Ultra Hostiam consuetam consecratur et alia, et Particulae pro Communione Fidelium, et pro infirmis.

10. Dicitur, ut alias, *Agnus Dei*, licet in Missa solemni non sit danda Pax.

11. Dum Celebrans dicit Orationes ante Communio-
nem, primus Clericus portat ex Abaco ad Altare Calicem vacuum cum Palla, Patena, et Velo albi coloris.

12. Celebrans sumpto Sanguine, et cooperto Calice, ex quo sumpsit, alterum Calicem ponit in medio Corporalis, et detegit.

13. Genuflectit, et alteram Hostiam consecratam reponit in Calice, cooperit Palla, et Patena inversa, et Vellum desuper exponit, et genuflectit.

14. Accipit Pyxidem, et ponit eam ante Calicem velatum: discooperit, et facta genuflexione, retrahit se in cornu Evangelii (1) versa facie ad cornu Epistolæ.

15. Clericus genuflexus in cornu Epistolæ, omnibus similiiter de Clero, et Populo genuflectentibus, dicit: *Confiteor Deo etc.*, et *Celebrans subjungit: Misereatur etc.*, et *Indulgentiam etc.* ut alias.

16. Celebrans accedens ad medium genuflectit, et accepta Pyxide, vertit se ad Communicandos, et dicit de more, ter: *Ecce Agnus Dei etc.*

17. Fit Communio Clericorum apud Altare, deinde Virorum, et Mulierum ad cancelllos expansa Mappa ante pectus eorumdem.

18. Peracta Communione, Celebrans ad Altare cooperit Pyxidem, et eam servat in Tabernaculo.

19. Deinde dieto: *Quod ore, etc.* se purificat, et facta genuflexione, abluit digitos super Calicem, et super Altare de more: et reacecdens ad medium, genuflectit, et sumit ablutionem digitorum.

20. Calix Missæ defertur ad credentiam: accenduntur cerei in saecello Sepulchri: disponitur Baldachinum, sive Umbella, et distribuntur cerei pro sodalibus si ad sint, vel cultioribus de Populo.

21. Celebrans prosequitur Missam, in qua haec observabit.

Exterso Calice genuflectit, accedit ad cornu Epistolæ, et legit *Communionem*.

(1) Cær. Ep. I. 2. c. 29., Baudr. p. 3. c. 11. art. 10. n. iv.

Venit in medium, genuflectit, osculatur Altare, et retrahens se a latere Evangelii dicit : *Dominus vobiscum.*

Redit in medium, genuflectit, et accedit ad cornu Epistolæ, ubi legit *Postcommunionem.*

Iterum in medium, genuflectit, osculatur Altare, vertit se, ut prius, dicit : *Dominus vobiscum, et Ite Missa est.*

Vertit se ad medium, genuflectit, dicit : *Placeat etc.* osculatur Altare, dicit *Benedicat vos etc.* et genuflectit.

Vertit se in cornu Evangelii : dat benedictionem, et non perficiens circulum, convertit se ad latus Evangelii, non rediens in medium.

Dicit Evangelium S. Joannis, ad quod signat librum, vel tabellam, non autem Altare.

Ad *Verbum Curo factum est etc.* genuflectit versus Sacramentum.

22. Celebrans, completa Missa, accedit ad medium, genuflectit, et per breviorem descendit ad planum Epistolæ.

23. Ibi per manus Clericorum deponit Planetam, et Manipulum, et accepit Pluviale albi coloris.

§. II. *De Processione SSmi Sacramenti ad Sacellum.*

1. Celebrans accedit ante Altare, et facta genuflexione in plano, orabit genuflexus in inferiori gradu.

2. Primus Clericus accipit Thuribulum eum igne, et Naviculam eum thure, et accedit ad Celebrantem.

3. Celebrans surgens, imponet thus in Thuribulo sine benedictione, ministrante Naviculam secundo ex Clericis sine osculis.

4. Celebrans ascendit gradus Altaris, et genuflexus in suppedaneo incensat SS. Sacramentum in Calice.

5. Deinde accipit Vulum humerale, et surgens accedit

ad Mensam Altaris: genuflectit, surgit, et ad cautelam firmat velum Calicis ligula serica albi coloris.

6. Accipit Calicem sinistra per nodum, submittens eam velo, et dexteram ponit supra Calicem, supra quam secundus Clericus extendit extremitates ambas Veli humeralis.

7. Celebrans cum Calice vertit renes Altari, et ineipit Hymn. *Pange lingua etc.*

8. Proceditur ordine sequenti ad sacellum Sepulchri.

1. Vexillum consuetum in delatione SS. Viatici.

2. Sodales, vel pii Viri cum luminibus.

3. Crux Processionalis delata a tertio Clerico.

4. Primus Clericus cum Thuribulo fumigante.

5. Celebrans sub Baldachino, vel sub Umbella, et a sinistris ejus secundus Clericus elevans vestis anterioris ejus extremitates, dum descendit gradus, vel ascendit, recitantes Hymn. *Pange lingua etc.*

9. Ad Sacellum omnes se disponunt per duas partes ita ut Thuriferarius, et Celebrans sub Baldachino possint transire per medium illorum.

10. Diferentes Labarum, et Crucem sistent e regione Sacelli.

11. Celebrans ascendit Altare Sacelli, et deponit Calicem supra Altare: genuflectit, descendit primum gradum, et genuflexus in suppedaneo deponit Vulum humerale.

12. Interim deferentes Baldachinum asportant illud ad locum congruum.

13. Celebrans surgens imponit iterum incensum in Thuribulo sine benedictione, et sine osculis: et genuflexus super suppedaneo Sacramentum incensat, et Clerici recitabunt vers *Tantum ergo Sacramentum etc.*

14. Deposito Thuribulo Celebrans surgit, ascendit ad Altare, genuflectit, et accipiens Calicem, illum recondit

in Capsula, admoto per secundum Clericum se abello gradato, si opus erit.

15. Iterum genuflectit, et postea claudit Capsulam: genuflectit, et descendit in planum Sacelli.

16. Celebrans genuflectit in gradu infimo Altaris, et post aliqualem Orationem surgit, et facta genuflexione ambobus genibus in plano, praecedente Cruce, medius inter Clericos revertitur ad Altare tecto capite.

§. III. *De Pyxidis asportatione.*

1. Cum omnes pervenerint ad Altare, Crux deponitur loco suo, et secundus, et tertius Clericus accipiunt cereos accensos.

2. Celebrans, facta genuflexione, ascendit Altare, extrahit e Tabernaculo Pyxidem cum particulis: collocat eam super Corporale, et genuflectit.

3. Descendens genuflectit in suppedaneo, et accipit a primo Clerico Vulum pro humeris.

4. Ascendit Altare, genuflectit, et manibus velatis, accipit Pyxidem, et praecedentibus Clericis cum cereis accensis, portat Pyxidem ad Altare Sepulchri, et collocat super Corporale, et postea genuflectit.

5. Deinde descendens, genuflectit in suppedaneo, ubi per manus Clerici deponit Vulum: iterum ascendit, et genuflectit; aperit Capsulam, et recondit in ea Pyxidem, retro Calicem.

6. Genuflectit, et claudit Capsulam, et facta oratione in infimo gradu, genua fleetit in plano, et revertitur, tecto capite, in Sacristiam.

7. Ibi deponit Pluviale, et Stolam albi coloris, et sumit Stolam violaceam tantum, aptatam in modum Crucis.

§. IV. *De Altarium denudatione.*

1. Celebrans paratus, ut supra, associatus a Clericis, manibus junctis, accedit ad Altare.
 2. In plano, apud quod stans, inchoat alta voce Antiph. *Divisa sunt sibi*, quam prosequitur cum Psalmo *Deus meus respice in me etc.* recitans illum eum Clericis.
 3. Interim Celebrans ascendit Altare, quod denudat, amovendo Tobaleam superiorem, et alias.
 4. Clerici recipiunt Tobaleas, et amovent ab Altari Vasa florum, Pallium, Tapete etc, adeo ut in Altari non remaneant nisi Crux, et candelabra cum caudelis extinetis.
 5. Celebrans, denudato Altar' majori, procedet ad denudationem reliquorum Altariorum, si plura adsint.
 6. Denudatis Altaribus, Celebrans redit ante Altare majus: ubi post ultimum versum Psalmi, repetita Antiphona, genuflectit ad signum meridianum Salutationis Angelicæ.
 7. Clericus cum Crotalo dat signum Salutationis Angelicæ, ad quod omnes genuflectunt.
 8. Surgit deinde Celebrans, et facta reverentia Crucis *quia paratus*, Clericis genuflectentibus, revertitur in Sacristiam.
 9. Ibi paramenta deponit, et, gratiis de more peractis, jubet, ut omnia suis locis reponantur.
 10. Primus Clericus amovebit a Cruce Altaris majoris vestem coloris albi, remanente consueta veste violacea.
 11. Curabit Parochus, ut assidue adsint, qui oreant ante SS. Sacramentum in sacello Sepulchri, utque decens numerus cereorum in eo colluecat.
-

TITULUS V.
DE FERIA SEXTA.
IN PARASCEVE.

CAPUT I.

DE PRÆPARANDIS PRO OFFICIO HUJUS DIERE.

In Altari Majori.

1. *Altare ipsum undeque nudum cum sex Candellbris habentibus Cereos extinctos cera communis.*
2. *Crus lignea in eodem, coperta Velo, quod facile solvi, et removeri possit.*
3. *Pulvinar violaceum in secundo gradu ejusdem Altaris.*

In Abaco, seu Credentia Altaris majoris.

1. *Mantile lineum planitiem Abaci non exceedens.*
2. *Mappa unicuplicata pro Altari ad mensuram Mense.*
3. *Legile cum Missali.*
4. *Bursa nigri coloris cum Corporali, Palla, et Pascifactorio.*
5. *Thuribulum, et Naricula cum thure.*
6. *Velum nigrum pro Calice in fine Officii.*
7. *Pelvicia cum Ampullisrini, et aquæ, et Manutergio.*
8. *Laux argentea pro oblationibus.*

Prope Abacum.

1. *Tapete, Pulvinar violaceum, et Velum album servio violacea contestum.*
2. *Crus processionalis.*

In Sacello Sepulchri.

1. *Corporale stratum super Altare.*
2. *Velum humerale album.*
3. *Baldachinum, sive Umbella albi coloris.*
4. *Intortilia, et Cerci pro Processione.*

In Sacristia.

1. *Tria Superpellicea pro Clericis.*
2. *Amictus, Alba, Cingulum, Manipulus, Stola, et Planeta nigri coloris.*
3. *Foculus cum Igne, et Forcipe.*

CAPUT II.

DE SACRIS RITIBUS IN HAC FERIA VI. IN PARASCEVE PERSOLVENDIS.

§. I. *De principio Officii usque ad denudationem Crucis.*

- H**ora competenti datur signum cum Crotalo, et Celebrans, et Clerici accipiunt Superpellicea in Sacristia, et disponuntur omnia, ut supra.
2. Celebrans, lotis manibus, accipit Amictum, Albam, Cingulum, Manipulum, Stolam, et Planetam nigri coloris.
 3. Praecedentibus Clericis manibus junctis accedit ad Altare majus tecto capite.
 4. Detecto capite genuflectit in plano Altaris, et procumbit super pulvino posito in secundo gradu, et orat spatio unius *Miserere.*
 5. Primus Clericus, accepta mappa, illam extendit per longum super mensam Altaris, adjuvante secundo Clerico, non explicando eam per latitudinem; ita ut duplicatio sit versus medium Altaris, et partes explicandæ versus frontem ejusdem Altaris.

6. Tertius Clericus collocat legile cum Missale in cornu Epistola.

7. Celebrans surgit a procubitu, et amoto per Clericum pulvinari, ascendit Altare, et osculatur illud in medio.

8. Accedens ad cornu Epistola legit primam Lectio-
nem cum Tractu.

9. Deinde dicit : *Oremus*, et genuflectens cum omni-
bus : *Flectamus genua*, et secundus Clericus primosurgens
dicit : *Levate*, et Celebrans subjungit Orat. *Deus a quo etc.*

10. Deinde legit secundam Lectio-
nem, et Tractum, ac successive Passionem.

11. Dicto ibidem : *Munda cor meum etc.* prosequitur
eam partem, que cantaretur in tono Evangelii.

12. In fine non osculatur librum, sed immediate (nisi
sit habendus sermo de Passione) incipit in eodem cornu
Epistola Monitiones, et Orationes, ut in Missali.

13. Ante singulas Orationes, octava excepta Celebrans
genuflectens, prout faciunt et ceteri, dicit : *Flectamus
genua*, et secundus Clericus, surgens ante omnes, dicit :
Levate.

14. Cirea finem Orationum, primus Clericus, adjuyante
tertio, extendit ante gradus Altaris, vel Presbyterii tapete
et super primos ejus gradus pulvinar violaceum, et venum
album serico violaceo contextum expandunt per longum.

§. II. *De Cracis denudatione, et adoratione.*

1. Completis Orationibus, Celebrans stans in eodem
cornu Epistola deponit Planetam tantum.

2. Deinde genuflectit in medio Altaris, et accipit Cru-
cem, et primus Clericus accipit Missale.

3. Celebrans accedit ad angulum posteriorem cornu
Epistola, facie versa ad Populum, et Clericus sustinebit
Missale ante illum.

4. Celebrans manu dextera detegit summitatem Crucis usque ad transversum illius exclusive, et Crucem ambabus manibus aliquantulum elevans, gravi voce legit: *Eccc lignum Crucis:* et Clerici eadem voce prosequuntur: *In quo salus mundi pependit.* Et genuflectentibus omnibus, prater Celebrantem, Clerici subjungunt: *Venite adoremus,* et deinde surgunt.

5. Celebrans in anteriori parte cornu Epistola discooperiens brachium dexterum Crucis, et caput Crucifixi, et magis elevans Crucem, et vocem, secundo dicit: *Eccc lignum Crucis.*

6. Clerici prosequuntur: *In quo salus mundi pependit,* et successiva: *Venite adoremus;* et genuflectunt omnes, ut prius.

7. Celebrans tandem in medio Altaris totam discooperiens Crucem, ac altius manum, et vocem elevans, dicit tertio: *Eccc lignum Crucis.*

8. Clerici tertio prosequuntur, respondent, et genuflectunt, ut supra.

9. Tertius Clericus ponit lanceam a latere sinistro pulvinaris, et primus reponit Missale super legile, et discooperitur Crux processionalis, et aliae omnes per Ecclesiam.

10. Celebrans descendens per latus Evangelii portat devote Crucem ambabus manibus elevatam ad locum preparatum.

11. Ibi genuflexus collocat Crucem super velum pulvino superpositum, et firmat eam chordulis.

12. Surgit, et facta genuflexione, vadit ad planum cornu Epistolæ, ibique sedens in sebello, deponit calceamenta, Clericis adjvantibus.

13. Celebrans exalceatus procedit ad adorationem Crucis, quam primo, secundo, et tertio cum debita distantia adorat, offert pecuniam, et osculatur Crucem.

14. Surgit, et facta genuflexione Crucis, redit ad scabellum in plano Epistolæ, et calceamenta rerum.

15. Clerici deponunt et ipsi calceamenta, et post Celebrantem, ante omnes alios de Populo, adorabunt Crucem, eodem modo, quo Celebrans, et reversi ad sua loca, calceamenta resumunt.

16. Post Clericos adorabunt Sodales cum succis, si adsint, deinde Viri, ultimo Mulieres : omnes bini, devote, ac graviter.

17. Interim primus Clericus assistet adorantibus, et secundus et tertius Clericus accedunt ad Celebrantem, et alta, et clara voce (1) recitant cum eo improperia, ut hic.

*Improperia recitanda a Celebrante
cum secundo et tertio Clerico.*

PRIMA PARS.

Cel. V. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.

V. Quia edúxi te de terra Egypti: parásti Crucem Salvatóri tuo.

2. *Cel.* R. Agios o Theos.

3. *Cel.* Sametus Deus.

2. *Cel.* Agios ischyros.

3. *Cel.* Sanctus fortis.

2. *Cel.* Agios athanatos eléison imas.

3. *Cel.* Sanctus immortális, miseré nobis.

Cel. V. Quia edúxi te per desértum quadraginta annis: et mamma cibávi te, et introdúxi te in terram satis bonam: parásti crucem Salvatóri tuo.

(1) Bauldr. p. 4, cap. 10, art. 5, n. 6.

- ad sea-
it.
ost Ce-
nt Cru-
ua loca,

accis, si
ini, de-

ibus, et
ntem, et
ut hic.

in quo
parasti
2. C. R. Agios o Theos.
 3. C. Sanctus Deus.
 2. C. Agios ischyros.
 3. C. Sanctus fortis.
 2. C. Agios athanatos eléison imas.
 3. C. Sanctus immortális, miserére nobis.
Cel. V. Quid ultra débui fáccere tibi, et non feci ?
 Ego quidem plantávi te víneam meam speciosíssimam; et tu facta es mihi nimis amara;
 aceto namque sitim meum potásti, et láncea
 perforásti latus Salvatóri tuo.
 2. C. R. Agios o Theos.
 3. C. Sanctus Deus.
 2. C. Agios ischyros.
 3. C. Sanctus fortis.
 2. C. Agios athanatos eléison imas.
 3. C. Sanctus immortális, miserére nobis.

SECUNDA PARS.

- Cel.* V. Ego propter te flagellávi Egyptum cum pri-
 mogénitissuis; et tu me flagellátum tradidisti.
 2. et 3. C. R. Pópule meus, quid feci tibi ? aut in quo
 contrastávi te ? respónde mihi.
Cel. V. Ego edúxi te de Egypto, demérso Pharaóne
 in mare rubrum ; et tu me tradidisti Princípibus Sacerdotum.
 2. et 3. C. R. Pópule mens, quid feci tibi ? aut in quo
 contrastávi te ? respónde mihi.
Cel. V. Ego ante te apérui mare, et tu aperuísti
 láncea latus meum.
 2. et 3. C. R. Pópule meus, quid feci tibi ? aut in quo
 contrastávi te ? respónde mihi.

- Cel.* V. Ego ante te præví in colúmna nubis: et tu me duxísti ad Prætórium Piláti.
 2. et 3. C. R. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.
Cel. V. Ego te paví manna per desértum; et tu me eecidísti álapis, et flagéllis.
 2. et 3. C. R. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.
Cel. V. Ego te potáyi aqua salútis de petra: et tu me potásti felle, et aceto.
 2. et 3. C. R. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.
Cel. V. Ego propter te Chananaeórum Reges pereússi: et tu percussísti arúndine caput meum.
 2. et 3. C. R. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.
Cel. V. Ego dedi tibi sceptrum regale: et tu dedísti cípiti meo spíneam eorónam.
 2. et 3. C. R. Pópule meus, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.
Cel. V. Ego te exaltáyi magna virtúte: et tu me suspendísti in patíbulo Crucis.
 2. et 3. C. R. Pópule mens, quid feci tibi? aut in quo contristávi te? respónde mihi.

TERTIA PARS.

- Cel.* V. Crucem tuam adorámus Dómine, et sanctam Resurrectióнем tuam laudámus, et glorifi-cámus; ecce enim propter lignum venit gáudium in univérso mundo.
Psalm. Deus misereátur nostri, et benedícat nobis.
 2. et 3. C. V. Illúminet vultum suum super nos, et mi-sereátur nostri.

Cel. *V.* Crucem tuam adorámus Dómine; et sanctam Resurrecciónem tuam laudámus, et glorifi-cámus: ecce enim propter lignum venit gáudium in univérso mundo.

2. et 3. Cel. *R.* Crux fidélis inter omnes, arbor una nóbilis, nulla sylva talem profert, fronde, flore gérmine. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sústinet.

Cel. *V.* Pange lingua gloriosi láuream certáminis: et super Crueis trophaeo die triúmphum nóbilem: quáliter Redémptor orbis immo-látus vicerit.

2. et 3. Cel. *R.* Crux fidélis inter omnes, arbor una nóbilis: nulla sylva talem profert, fronde, flore, gérmine.

Cel. *V.* De paréntis protoplásti fráude factor cón-dolens; quando pomi noxiális in necem morsu ruit; ipse lignum tunc notávit, dama-na ligni ut sólveret.

2. et 3. Cel. *R.* Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sústinet.

Cel. *V.* Hoe opus nostrae salútis ordo depoposcerat multifórmis proditóris ars ut artem fálleret: et medélam ferret inde, hostis unde læserat.

2. et 3. Cel. *R.* Crux fidélis inter omnes, arbor una nóbilis: nulla sylva talem profert, fronde, flore, gérmine.

Cel. *V.* Quando venit ergo sacri plenitúdo témporis; missus est ab aree Patris, Natus orbis cónditor: atque ventre virgináli carne amíctus pródiit.

2. et 3. Cel. *V.* Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sústinet.

Cel. V. Vagit infans inter arcata conditus præsépia :
membra pannis involúta Virgo Mater alligat :
et Dei manus, pedesque, stricta eingit fáscia.

2. et 3. *Cel.* R. Crux fidélis inter omnes, arbor una nóbilis :
nulla sylva talem profert, fronde, flore,
gérmine.

Cel. V. Lustra sex qui jam perégit, tempus implens
córporis : sponte libera Redémptor passióni
déditus: Agnus in Crucis levátur immolán-
dus stípite.

2. et 3. *Cel.* R. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus
sústinet.

Cel. V. Felle potus ecce languet, spina, clavi, lán-
cea, mite corpus perforárunt, unda manat,
et crux : terra, pontus, astra, mundus,
quo lavántur flúmine.

2. et 3. *Cel.* R. Crux fidélis inter omnes arbor una nóbilis: nul-
la sylva talem profert, fronde, flore, gérmine.

Cel. V. Flecte ramos arbor alta, tensa laxa víscera :
et rigor lentescat ille, quem dedit natívitás :
et supérni membra Regis tende miti stípite.

2. et 3. *Cel.* R. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus
sústinet.

Cel. V. Sola digna tu fuísti ferre mundi víctimam :
atque portum præparáre area mundo nau-
frago ; quam sacer crux perunxit, fusus
Agni cónpore.

2. et 3. *Cel.* R. Crux fidélis inter omnes, arbor una nóbilis :
nulla sylva talem profert, fronde, flore,
gérmine.

Cel. V. Sempiterna sit Beátæ Trinitati glória : aequa
Patri, Filióque par decus Paráclito : Unius.
Triníque nomen laudet univérsitas : Amen.

2. et 3. C. R. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus sústinet.

18. Circa finem adorationis primus Clericus accedit Cereos Altaris, et tertius amovet legile cum Missali ab Altari.

19. Deinde secundus, et tertius Clericus accedunt per planum ad Altare: alter ad cornu Evangelii, alter ad Epistolæ, et explicant tobaleam Altaris.

20. Successive secundus Clericus portat ad Altare Bursam cum Corporali inclusa, et super eam Purificatorium: extrahit, et explicat Corporale, et prope illud in parte Epistolæ extendit Purificatorium.

21. Tertius Clericus collocat Missale cum legili super Altare in cornu Evangelii, apertum, et inversum, ut in Missa.

22. Completa adoratione, Celebrans reportabit Crueem ad Altare cum debitis genuflexionibus.

23. Clerici amovent tapete, pulvinar, velum, et lamen, et apponitur ignis in Thuribulo.

24. Celebrans apud sebellum in plano Epistolaे resumit Planetam, et, aperto capite, aceddit ante Altare.

*§. III. De Processione ad Sacellum,
et regressu ad Altare cum Sanctissimo Sacramento.*

1. Celebrans cum pervenerit ante Altare, imponit sine benedictione, et sine oseulis incensum in Thuribulo.

2. Dirigitur Processio ad Sacellum, ubi asservatur SS. Sacramentum, hoc ordine.

Vexillum Viatici.

Sodales, sive pii Viri.

Thuriferarius.

Crux processionalis denudata, et delata a tertio Clerico.

Celebrans cum Planeta, habens ante ipsum a sinistris secundum Clericum.

3. Ad Sacellum : Labarum, et Crux e regione Altaris: Procedentes hinc inde Sacellum in duas lineas, et juniores prope Labarum, seniores propinquiores erunt Altari.

4. Celebrans, facta genuflexione in plano Capella genuflectit in primo gradu Altaris, et orat parumper cum omnibus.

5. Surgit, aperit capsulam, genuflectit, descendit primum gradum, et stans imponit Incensum in Thurbulo sine benedictione, et sine osculis: accendantur Cerei pro Processione, et disponitur Baldachinum, sive Umbella.

6. Celebrans genuflexus in suppedaneo incensat Sacramentum in capsula; surgit, et facta genuflexione, extrahit e capsula Calicem, et ponit super Altare.

7. Genuflectit, claudit capsulam, in qua remanet Pyxis cum Particulis: iterum genuflectit, et descendit primum gradum.

8. Genuflexus in suppedaneo accipit Vellum humerale, surgit, et facta genuflexione, stans accipit, ut heri. Calicem, et secundus Clericus Velo cooperit.

9. Celebrans vertit renes Altari, et facie ad Processionem, inchoat alta voce Hymnum *Vexila Regis prodeunt etc.* quem cum secundo Clerico prosequitur ut infra.

Vexila Regis pródeunt :
Fulget Crucis mystérium :
Qua vita mortem pér tulit :
Et morte vitam pró tulit.

Quæ vulneráta lánceæ
 Mucróne diro, críminum
 Ut nos laváret sórdibus,
 Manávit unda, et sanguine.
 Impléta sunt, quæ cónceinit
 David fidéli cármine,
 Dicendo natióníbus ;
 Regnávit a ligno Deus.
 Arbor decóra, et fúlgida,
 Ornáta Regis púrpura,
 Elécta digno stípite
 Tam sancta membra tángere.
 Beáta, enjus bráchiis
 Pretium pepéndit sǽculi,
 Statéra facta córporis,
 Tulítque prædam tártari.
O Crux, ave spes única,
 Hoc passiónis témpore
 Piis adáuge grátiam,
 Reísque dele crímina.
 Te, fons salútis Trínitas,
 Colláudet omnis spíritus :
 Quibus Crucis victóriam
 Largíris, adde prœmíum. Amen.

10. Revertitur Processio ad Altare, ordine sequenti.

Vexillum Viatie.

Sodales, sive pii Viri cum cereis accensis.

Crux processionalis.

Thuriferarius continue Thuribulum agitans.

Celebrans sub Baldachino, habens secundum

Clericum ante se a sinistris,

11. In Sacello remanent quatuor candele accensis.

12. Vexillum reponitur extra cancellos ; Crux processionalis prope credentiam.

13. Sodales, et pii Viri remanent extra cancellos ; ibique dispositi, cereos usque ad Officii finem in manibus tenebunt.

14. Baldachinum, sive Umbella deponitur ante cancellos, et loco congruo collocatur.

15. Celebrans ascendit Altare, et Calicem ponit super Corporale : deinde genuflectit, surgit, et descendit primum gradum Altaris.

16. Deponit Vellum, et stans imponit Incensum in Thuribulo sine benedictione, et sine oculis ; deinde genuflexus in suppeditaneo Sacramentum incensat.

§. IV. *De reliquo Officio, et Ritu hujus Ferie.*

1. Celebrans surgens accedit ad Altare, et genuflectit : deinde solvit, et amovet Vellum a Calice, et ponit Patenam super Corporale.

2. Accepto Calice, deponit ex eo Sacram Hostiam super Patenam : deinde ambabus manibus Patenam ipsam accipiens, collocat Hostiam super Corporale, nihil dicens, neque se signans, et Patenam ponit ubi alias, sed super Corporale, non subtus.

3. Celebrans, facta genuflexione, accipit Calicem, et accedit versus cornu Epistole, et Calicem sinistra tenens, ponit in eo Vinum, et Aquam sine benedictione, et nihil dicens.

4. Calix non abstergitur, sed ponitur in latere Corporalis.

5. Celebrans accedit in medio, et facta genuflexione, reponit Calicem in loco solito sine signo Crucis, et eoperit Palla.

6. Ibidem stans imponit Incensum in Thuribulo absque benedictione, et osculis.

7. Celebrans, accepto Thuribulo, genuflectit, et incensat Oblata, dicens de more : *Incensum istud etc.*

8. Incensatis Oblatis, iterum genuflectit, et (*cfr. Deer. S. R. C. sub. 14 Maii 1707.*) incensabit Crucem, dicens *Dirigatur Domine etc.*, et repetita genuflexione Crucis, prosequetur, more solito, incensationem Altaris, semper genuflectens quoties transit per medium.

9. Incensato Altari, dat Thuribulum in manu Thurefarii, dicens : *Accendat in nobis etc.*, et ipse non incensatur.

10. Celebrans immediate, advertens, ne terga vertat Sacramento, descendit e suppedaneo in secundum gradum, et aliquantulum extra Altare in cornu Epistole versa facie ad Populum, lavat manus, nihil dicens.

11. Redit ad medium Altaris, genuflectit, surgit, et junetis manibus super Altari, mediocriter inclinatus, dicit submissa, sed intelligibili voce : *In spiritu humilitatis etc.*

12. Celebrans osculatur Altare, genuflectit, et versus Populum in cornu Evangelii dicit : *Orate fratres,* et redit per eamdem viam, non perficiens circulum, et iterum genuflectit.

13. Non respondetur : *Suscipiat.*

14. Celebrans junetis manibus ante pectus, in tono feriali, dicit : *Oremus : Preceptis salutaribus etc.*, et dum dicit : *Pater noster etc.*, extendit manus.

15. Clerici respondent : *Sed libera nos a malo,* et Celebrans : *Amen* sub silentio ; et adhuc tenens manus extensas, subjungit in priori tono feriali : *Libera nos etc.*, et Clerici in fine respondent : *Amen.*

16. Celebrans genuflectit, surgit, discooperit Calicem, supponit Patenam Hostiae, et tenens manu sinistra Pa-

tenam super Altare, elevat dextera Hostiam, ut ab omnibus videri possit.

17. Celebrans declinat Hostiam immediate super Calicem jam discoopertum, et statim dividit eam in tres partes, more solito, nihil dicens, quarum ultimam immittit in Calicem, pariter nihil dicens, nec signans.

18. Cooperto Calice, genuflectit, et postmodum surgens, manibus junctis super Altari, et inclinatus, dicit secreto *Perceptio Corporis etc.* omissis duabus aliis Orationibus.

19. Celebrans iterum genuflectit, deinde, accepta Patena cum Hostia, ut alias, dicit: *Panem cœlestem etc.* *Domine non sum dignus etc.* more solito, ter percutiens pectus.

20. Hostia se signat, dicendo: *Corpus Domini nostri etc.* et se communicat.

21. Faeta brevi meditatione, discooperit Calicem, et genuflectit.

22. Surgit, et collectis de more fragmentis, accipit ambabus manibus Calicem, nihil dicens, nec se signans, et sumit reverenter ex eo Particulam Hostiae cum Vino.

23. Celebrans, omissa consueta Calicis purificatione, more solito, abluit digitos super Calicem cum Vino, et Aqua.

24. Surgunt interim omnes, et Cerei extinguuntur.

25. Celebrans, sumpta in medio ablutione, Calicem tergit. Velo parvo nigro cooperit, atque componit; et inclinatus, manibus junctis ante pectus, dicit secreto: *Quod ore sumpsimus etc.*

26. Primus Clericus Calicem defert ad credentiam.

27. Celebrans descendens in planum Altaris, et facta eum Clericis genuflexione Cruei, cooperto capite, revertitur in Saeristiam.

28. Ibi deponit paramenta missalia, et super Cotta accepit Stolam albi coloris.

§. V. *De Pyridis repositione.*

1. Celebrans, praecedente primo Clerico cum Velo, et duobus aliis cum Cereis, vadit ad Sacellum, ubi Pyxis remansit.

2. Facta genuflexione in plano, genuflectit in primo gradu inferiori, et orat parumper.

3. Surgit, ascendit Altare, aperit capsulam, genuflectit, accipit Pyxidem, et eam collocat super Corporale, et iterum genuflectit.

4. Descendens primum gradum genuflectit in suppedaneo, et accipit a primo Clerico Vellum pro humeris.

5. Ascendit Altare, genuflectit, et manibus velatis accipit Pyxidem, et praecedentibus Clericis cum Cereis accensis, reportat Pyxidem, servandam in Tabernaculo posito super Altare alienus remotioris Cappelle in Ecclesia, vel (quod congruentius) in Saeristia.

6. Debitis genuflexionibus Pyxidem servat : et ante eam lampas continuo ardeat.

7. Reposita Pyxide, omnes genuflectunt, et datur signum meridiamum Salutationis Angelicæ cum Crotalo.

8. Tandem extinguntur Cerei Altaris, et omnia suis in locis reportantur.

9. Si autem non adsit Saeristia, vel cappella remota, ut supra; tunc Pyxis remaneat in loco, (1) ubi Calix repositus erat, et lampas ardens jugiter adsit.

(1) Bauldr. p. 4. cap. 10. art. 5. n. 11.

TITULUS VI.
DE SABBATO SANCTO.

CAPUT I.

DE PRÆPARANDIS PRO OMNIBUS FUNCTIONIBUS.

IN HAC DIE PERSOLVENDIS.

Extra Portam principalem.

1. *Mensa cum mantili albo, et super eam.*
2. *Legile parvum cum Missali.*
3. *Patena argentea cum quinque globulis Incensi.*
4. *Thuribulum, et Naricula cum thure.*
5. *Vas aquæ benedictæ cum Aspersorio.*
6. *Manipulus, Stola, et Dalmatica albi coloris.*
7. *Laterna cum Candela.*
8. *Item prope Mensam, Tripes cum foenulo, in quo carbones accendendi, pro nro igne.*
9. *Forcipes ferreæ.*
10. *Arnudo ornata cum tribus Candelis in summitate.*

In Altari majori.

1. *Altare cum Cruce, et Candelabris festivis.*
2. *Duplex in eo Pallium, album subtus, et violaceum desuper.*
3. *Pes ligneus, vel basis marmorea in latere Evangelii pro firmanda Arundine.*
4. *Legile pro Praemonio.*
5. *Cereus benedicendus, aptatus in Candelabro magno a latere Evangelii, cum ellychnio concinnato ad prompte flammarum recipiendum, cum quinque foraminibus in modum Crucis.*
6. *Lampades compositæ.*

In Abaco Altaris majoris.

1. *Mensa mantili albo cooperata.*
2. *Missale pro Praeconio, et Missa.*
3. *Calice cum ornamentis coloris albi.*
4. *Pelvicula cum Unculis vini, et aquae, et Manutergio.*

In Sacristia.

1. *Quatuor Superpellicca pro Clericis; Amictus, Alba, Cingulus, Stola, et Pluviale coloris violacei, Manipulus, Stola et Planeta violacea.*
2. *Manipulus, Stola, et Planeta coloris albi.*
3. *Velum pro humeris albi coloris.*
4. *Cerci pro asportatione Pyxidis.*

In Baptisterio, si adsit.

1. *Mensa cooperata albo mantili pro Abaco.*
2. *Manutergia num. duo.*
3. *Vas pro aqua benedicta, et Aspersorium.*
4. *Vasa ad extrahendam aquam e Fonte.*
5. *Ampulle Olearum Chrismatis, et Catechumenorum.*
6. *Vasa ad lavandas manus cum mica panis.*
7. *Bombarium ad manus innetas tergendas.*

Pro Baptismo, si ministrandus.

1. *Rituale Romanum.*
2. *Pelvicula cum Sale.*
3. *Vasa Olearum Catechumenorum, et Chrismatis cum Bombacio.*
4. *Stola, et Pluviale albi coloris.*
5. *Lintetus ad abstergendum caput Infantis.*
6. *Alius Lintens aptatus pro Veste candida.*
7. *Crenus accendendus.*

CAPUT II.

DE SACRIS RITIBUS SABBATO SANCTO PERAGENDIS.

§. I. *De principio Officii,
usque ad Benedictiōnem Cerei.*

E

1. Extra Ecclesiam exentitur novus Ignis e silice, et accenduntur carbones in foculo.

2. Hora competenti, *quatuor Clerici* accipiunt Superpelliea in Sacristia, et disponunt omnia suis locis.

3. Dato signo enim C'rotalo, Celebrans lotis manibus, accipit supra Cottam, Amictum, Albam, Cingulum, Stolam, et Phuviale coloris violacei.

4. Proceditur ad portam principalem, hoc ordine.

Primus Clericus manibus junetis.

Tertius Clericus enim Crucifix processionali.

Celebrans inter Clericos secundum, et quartum.

5. Extra portam Clericus enim Crucifix sistit in limine portae, renes eidem vertens, facie Crucifixi versa ad Celebrantem.

6. Celebrans ante Mensam collocatam inter ipsum, et Crucem.

7. Ibidem stans, et ex Missali super legile, legens, benedicit Ignem tribus Orationibus; deinde unica Oratione Grana Incensi.

8. Dum Celebrans benedit Incensum, primus Clericus accipit foreipe novum Ignem benedictum, et ponit in Thuribulo.

9. Celebrans imponit cum benedictione, et osculis incensum in Thuribulo, deinde aspergit Ignem, et Grana, dicens Antiph. *Asperges me etc.* et eadem thurifexat.

10. Thuriferarius recepto Thuribulo ponit alium novum Ignem in eo.

11. Celebrans, deposito Pluviali, ac Stola coloris violacei, accipit Manipulum, Stolam in humero sinistro more Diaconorum, et Dalmaticum albi coloris.

12. Interim secundus Clericus accendit candelam de novo Igne, et recondit in Laterna, et quartus accipit pateram cum Granis incensi.

13. Celebrans iterum ponit incensum in Thuribulo cum benedictione, et osculis, et postea accipit Arundinem.

14. Proceditur ad benedictionem Cerei, ordine sequenti.

Clericus cum Granis incensi a dexteris, et Thuriferarius a sinistris.

Tertius Clericus cum Cruce.

Celebrans cum Arundine, et secundus Clericus cum Laterna a sinistris ejus.

15. Clerici cum Granis, Thuribulo, et Cruce ingrediuntur Ecclesiam, et sistunt quando Celebrans ingressus fuerit januam Ecclesiae.

16. Celebrans ingressus Ecclesiam inclinat Arundinem, et accensa ex Laterna una ex tribus candelis per secundum Clericum, genuflectit, genuflectentibus omnibus, excepto tantum Clerico portante Crucem.

17. Celebrans genuflexus, clara voce dicit : *Lumen Christi* : tum surgit, surgentibus omnibus, et Clerici respondent : *Deo gratias*.

18. Proceditur usque ad medium Ecclesiae, ubi secundo fiant omnia, ut supra, accensa secunda candela ; praeter modulationem vocis, quae alta esse debet.

19. Proceditur tandem ante gradus Altaris, et accensa tertia candela, tertio fiant antedicta cum altiori voce.

§. II. *De Benedictione Cerei.*

1. Responso pro tertia vice, post *Lumen Christi*, a Clericis *Deo gratias*, surgunt omnes, et formant rectam lineam cum Celebrante in medio eorum ante Altare.

2. Secundus Clericus secedens deponit Laternam super credentiam, et accipit Missale pro Praeconio, et tradit illud Celebranti, qui vicissim dat illi Arundinem.

3. Celebrans, tenens Missale in manibus, genuflectit in infimo gradu Altaris, et non premisso : *Munda cor meum*, dicit tantum *Jube Domine benedicere. Dominus sit in corde meo, et in labiis meis, ut digne, et competenter annunciem suum Paschale Praeconium. Amen.*

4. Deinde surgens, ac facta cum omnibus genuflexione Altari, aeedit ad Legile paratum in plano Evangelii pro Praeconio hoc ordine.

Thuriferarius habens a dexteris quartum Clericum cum Granis incensi.

Tertius Clericus cum Crucis habens a sinistris secundum Clericum cum Arundine.

Celebrans cum Missali.

Cum pervenerint ad Legile, supradicti sic apud illud se disponunt recta linea, et vertentes faciem sicut Celebrans.

1. Celebrans ponit Missale super Legile.

2. Clericus cum Crucis a dextris Celebrantis.

3. Thuriferarius a dextris supradicti cum Crucis.

4. Clericus cum Arundine a sinistris.

5. Clericus cum Granis a sinistris Arundinis.

6. Celebrans aeedente Thuriferario incensat Missale apertum super Legile, et incipit Praeconium : *Exultet etc.* clara, et hilari voce.

7. Ad verba : *Currat Imperia*, infigit Gramma incensi, hoc ordine :

4
4 2 5
3

8. Quartus Clericus deponit in erudiantia pateram, ubi erant Gramma incensi, et accipit virginem cum Candelula superinflexa, et reddit ad (1) pristimum locum a sinistris Clerici cum Arundine.

9. Ad verba *Rutilans ignis accendit*, Celebrans ex Arundine Ceruum accendit.

10. Ad verba *Apis mater eduxit*, quiescit donec quartus Clericus ex Cerio, per Candelulam in virga, lampadem, vel lampades accendat.

11. Finito Praeconio Celebrans claudit Missale : secundus Clericus firmat Arundinem in sua basi a latere Evangelii : tertius deponit Crucem in latere Epistole.

12. Deinde, praecedentibus Thuriferario cum Clerico de Granis a sinistris, ac secundo, et tertio Clerico, facta genuflexione Altari, revertitur in Sacristiam.

13. Ibi depositis paramentis albis, accipit Manipulum, Stolam, et Planetam coloris violacei.

§. III. *De Prophetis.*

1. Celebrans paratus, ut supra, praecedentibus Clericis, procedit ad Altare.

2. Facta reverentia Crucis, ascendit ad Altare, osculatur illud in medio, et accedit ad cornu Epistole.

3. Ibi alta voce legit duodecim Prophetias, Orationes, et Traectus : genuflectens cum omnibus, dum ante Ora-

(1) Bauder, p. I, cap. II, art. 3, n. 7.

tiones, excepta ultima, dicit : *Flectamus genua : et Cleriens surgens respondet Levate.*

4. Completa ultima Oratione, Celebrans, facta ibidem reverentia Crucis, descendit ad scabellum in plano Epistolæ, et deponit Planetam, et Manipulum.

5. *Si Ecclesia habuerit Fontem Baptismalem, Celebrans accipit Pluriale violaceum, et sedet. Si autem Fontem non habet, accedit sine Casula ante Altare pro Litaniis, ut infra §. VI.*

6. Procedamus nunc ad Benedictionem Fontis, ne aliquid in hoc Memoriali desideretur.

§. VI. *De Benedictione Fontis.*

1. Sedente Celebrante, ut supra, primus Clericus amovet Cereum accensum e Candelabro, et accedit ante Altare.

2. Tertius Clericus accipit Crueum, et similiter venit ante Altare.

3. Duo alii Clerici accedunt ad Celebrantem.

4. Celebrans surgens incipit alta voce Tract. *Sicut Cervus etc.* ut infra, quod lente prosequetur cum suis Clericis.

5. Inchoato Tractu, dirigitur Processio ad Fontem, facta reverentia Altari, hoc ordine.

Clericus cum Cereo.

Clericus cum Cruce.

Celebrans medius inter Clericos, recitans, tecto capite, Tractum.

¶. Sicut Cervus desiderat ad fontes aquarum : ita desiderat anima mea ad te Deus.

¶. Sitivit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, et apparabo ante fructum Dei ?

V. Fuérunt mihi láerymae meae panes die, ac nocte,
dum dicitur mihi per sínculos dies: ubi est Deus tuus?

6. Ante cancellos Fontis sistant omnes, et Celebrans,
facie versa ad Crucem, expleto Tractu, dicit: *Dominus
robisenum*, et Orationem: *Omnipotens sempiterne Dens
etc.*, sustinente librum quarto Clerico.

7. Clericus eum Cere), et deferens Crucem ingrediuntur
Cancellos Baptisterii, si loci capacitas sinat: stabunt
vero semper ante faciem Celebrantis.

8. Celebrans accedit prope Fontem, et dicit secundam
Orationem, et Praefationem, ut in Missali, tenens
semper manus junctas.

9. Intra Praefationem, juxta proprios Rubricæ locos,
haec peragit.

1. Post verba: *Gratiam de Spiritu Sancto*: dividit
aquam manu dextera in modum crucis, et immediate
manu tergit.

2. Post verba: *Non inficiendo corrumpat*: tangit
aquam manu, et deinde tergit.

3. Post verba: *Indulgentiam consequatur*: facit tres
Crucis supra Fontem manu dextera.

4. Post verba: *Super te ferebatur*, dividit manu
dextera aquam, et effundit versus quatuor mundi par-
tes, Orientem, Occidentem, Aquilonem, et Austrum,
hoc modo :

1
3 4
2

5. Post verba: *In nomine Patris etc.*, mutat vocem
in modum lectionis.

6. Post verba: *Tu benignus adspira*: halat ter in
aqua in modum crucis.

7. Post verba : *Purificandis mentibus efficaces* : immittit aliquantulum Cereum in aquam, dicens, *Descendat in hanc plenitudinem etc.*, et extrahit. Immittit secundo profundius, et tono aliquanto altiori repetit : *Descendat in hanc etc.*, et pariter extrahit. Immittit tertio usque ad fundum, et altiori adhuc voce repetit : *Descendat etc.* et non extrahit.

8. Ter susflat immediate in aquam in formam tridentalem, juxta figuram in Missali, et prosequitur : *Totumque hujus aquar etc.*

9. Post verba : *Fecundet effectu* : extrahit Cereum, qui panno abstergitur.

10. Prosequitur Praefationem, quam concludit humiliori voce, dicendo : *Per Dominum nostrum etc.*, et Adstantes respondent : *Amen.*

11. Secundus Clericus accipit vas pro aqua benedicta, et cum eo haurit aquam ex Fonte.

12. Celebrans, accepto aspersorio intineto in aqua Fontis, aspergit se, et circumstantes. Deinde, medius inter Clericos, aspergit omnes per Ecclesiam de dicta aqua, et revertitur ad Fontem.

13. Extrahitur aqua benedicta pro Fontibus Iustitibus, Benedictionibus Domorum, et Esculentorum, ac Aspersione in crastinum.

14. Celebrans accedens ad Fontem, infundit in aquam Oleum Catechumenorum in modum crucis, dicens, *Sanctificetur etc.*

15. Deinde similiter Chrisma, dicens : *Infusio Chrysatis etc.*

16. Tandem infundit simul utrumque Oleum, pariter in modum crucis, dicens : *Commixatio Chrysatis etc.*

17. Miseat manu sua Olea infusa cum aqua, et spargit per omnem Fontem.

18. Abstergit manum bombacio : deinde lavat manus eum mica panis.

§. V. *De Baptismo Puerulorum.*

Duo potissimum (verba sunt Ritualis Romani) ex antiquissimo Ecclesie ritu, sacri sunt dies, in quibus solemnni ceremonia hoc Sacramentum administrare maxime conuenit: nempe Sabbatum Sanctum Pasche, et Sabbatum Pentecostes, quibus dictus Baptismalis Fontis aqua rite consecratur: Ad Puerulorum igitur Baptismum solemniter administrandum, Celebrans, expleta, ut supra, Fontis Benedictione, ordine, ut infra, procedat.

1. In fine Benedictionis Fontis disponuntur Baptizandi cum eorum Patrinis extra limen Ecclesiae.

2. Celebrans, lotis manibus, praecedente Clerico cum Cruce, et remanente apud Fontem alio Clerico cum Cerero, accedit cum aliis duobus Clericis ad limen Ecclesiae.

3. Ibi Celebrans procedit, ut in Rituali ad Catechismum etc. usque ad introductionem Infantis in Ecclesiam, pro qua.

4. Celebrans imponit super Infantem extremam partem Stolae, *pendente a suo lumero sinistro*, et introducit eum in Ecclesiam, dicens N. *Ingredere i. Templum Dei, ut habeas partem cum Christo etc.*

2. Deinde dicto : *Credo, et Pater noster*, versis renibus ostio cancellorum Baptisterii, dicat Exorcismum : tangat saliva aures, et nares Infantis : eundemque Oleo Catechumenorum ungat in pectore, et inter scapulas.

6. Stans ibidem extra cancellos Celebrans depenit Pluviale, et Stolam coloris violacei, et sumit Stolam, et Pluviale albi coloris.

7. Praecedente Cruce ingreditur Baptisterium, in quod ingrediuntur Patrini cum Infantibus.

8. Celebrans ad Fontem interrogat : *N. Credis etc.*
N. Vis Baptizari ?

9. Responso a Patrinis : *Volo*, Celebrans procedit ad Baptismum.

Vel per immersionem, si in Baptisterio sit tantummodo unicus Fons continens aquam benedictam.

Vel per infusionem, si habeatur duplex Fons : alter cum aqua benedicta, et alter vacuus, qui per foramen excurrere faciat in Sacrarium aquam baptismalem, profluentem e capite Infantis baptizati super eundem Fontem vacuum.

10. *Si baptizet per immersionem* : Celebrans, accipiens Infantem, ae ipse solus eum sustinens, cante caput ejus immergit, et trina mersione baptizat, et semel tantum dicit : *N. Ego te baptizo etc.* et Infantem, completa forma, statim tradit Susceptoribus.

11. *Si vero per infusionem* : tunc Patrino, vel Matrina, utroque infantem tenente super altero Fonte vacuo sinc aqua, Celebrans vaseulo accipit aquam Baptismalem ex altero Fonte, et de ea ter fundit supra caput Infantis in modum crucis, et simul verba proferens, semel tantum, distinete et attente dicit : *N. Ego te baptizo etc.*

12. Abstero capite Infantis, Celebrans dicens : *Dens omnipotens etc.*, Saero Chrismate inungit summitatem capitis Baptizati.

13. Deinde, data Veste candida, et candela accensa, et dicto : *N. Vade in pace etc.* Patrinos admonet, et Parentes Infantis admoneri curat, ut in Rituali.

14. Celebrans lavat manus, et depositis Pluviali, ac Stola albis, resumit Stolam, et Pluviale violaceum.

lis etc.
edit ad
antum-
ns : al-
er for-
malem,
undem
cipiens
ut ejus
tantum
completa
latrina,
no sine
dem ex
infantis
el tan-
o etc.
: Deus
mitatem
ccensa,
et Pa-
iali, ac
n.

§. VI. *De Litaniis, et Missa cum Vesperis.*

1. Praecedente Clerico cum Cereo, et Cruce Proces-sionali, Celebrans subsequitur cum suis Clericis, et redit ante Altare.
2. Cereus figitur proprio Candelabro, et Crux depo-nitur in cornu Epistolæ.
3. Celebrans, stans ante Altare, deponit Pluviale tantum.
4. Idem genuflexus, omnibus similiter gemiflecten-tibus, recitat Litanias ex Missali, posito super scabello ante seipsum.
5. Clerici respondent, et repetunt omnia, que Ce-lebrans dicit.
6. Ad vers. *Pecatores*, tollitur Pallium violaceum ab Altari : accenduntur candele, et vasa florum inter can-delabra apponuntur.
7. Celebrans prosequitur Litanias, usque ad *Christe exaudi nos* : inclusive.
8. Surgit Celebrans, et praecedentibus Clericis, ac-cedit in Sacristiam ; ubi, deposito Stola violacea, accipit Manipulum, Stolam, et Planetam albi coloris.
9. Celebrans comitatus a Clericis, ut supra, redit ad Altare, ante cuius gradus facit Confessionem de more, cum Psal. *Judica me etc.*, et *Gloria Patri*.
10. Ascendit Altare, completaque Oratione : *Aufer a nobis etc.*, in ejus medio, dicit immediate *Kyrie eleison*, ut alias, cum non legatur Introitus.
11. Ad *Gloria in excelsis* : pulsantur Campanæ, que usque ad hanc horam siluerant.
12. Post Epistolam Celebrans dicit ter *Alleluia*, ele-vando gradatim voem, et Clerici, post quamlibet vicem,

in eodem tono repetent illud, et Celebrans prosequetur Vers. et Traetum.

13. Non dicitur *Credo*, et post *Dominus vobis est*, non legitur Offertorium: Non dicitur *Agnus Dei*, neque datur hodie osenium Pacis.

14. Loco Antiph. *Communio*, dicuntur Vespere, ut in Missali: videlicet.

15. Celebrans in cornu Epistole dicit Ant. *Alleluia etc.* et cum Clericis prosequetur Psal. *Lamdate etc.* et in fine repetitur *Alleluia*.

16. Deinde subdit: Antiph. *Vespere autem etc.* cum Canticu *Magnificat*.

17. Repetit Ant. *Vespere etc.* Celebrans accedit ad medium Altaris, osculatur illud, et versus ad Populum dicit: *Dominus vobis est*, et postea Orationem in solito cornu Epistole.

18. Post: *Ite Missa est*, additur *Alleluia, alleluia*.

19. Completo Evangelio S. Joannis, revertitur in Sacristiam, et Missalia paramenta deponit.

§. VII. *De Reportatione Pyxidis.*

1. Celebrans accipit super Cottam, Stolam albam, et praecedentibus Clericis cum cereis, et alio cum bursa Corporalium, et Velo humerali, accedit ad locum, ubi asservatur Pyxis cum Particulis.

2. Ibi, adhibitis debitiss genulflexionibus, accipit ve-
latis manibus Pyxidem, quam portat in solito Taberna-
culo servandam.

3. Revertitur in Sacristiam, in qua, depositis sacris
Vestibus, legit Ant. *Trium puerorum etc.* eum *Alleluia*,
et Canticum, et Psalmum, et Orationes pro gratiarum
actione.

4. Interim per Clericos extinguntur cerei Altaris.

5. Item tres candelæ in cuspide Arundinis, quæ amplius non accenduntur, et Arundo ipsa amovetur omnino.

6. Item extinguitur Cereus Paschalis : qui tamen, remanens in suo Candelabro, accendetur in Missis in omnibus Dominicis, ac festis Domini, et Sanctorum de praeceto ; et usque ad Evangelium inclusive in die Ascensionis Domini ; quo dicto, Cereus extinguitur, et completa Missa, removetur e candelabro, et servatur accendens in Vigilia Pentecostes ad Benedictionem Fontis.

Sanetificate hucusque, Sacris Ritibus, Sabbato, Paschalibus initiatu mysteriis ; æquali Religionis cultu properetum ad Dominicæ Resurrectionis diem. Dies, Nobilitas (1) Anni, Mensium Lux, Alma Dierum, Horarum splendor. Dies, quam fecit Dominus. Exultemus igitur, et lætemur in ea, suffulti meritis, et intercessione præcessæ Genitricis Dei Mariae, quam cum S. Methodio experiamur : (2) Gaudium nostrum ineffabile. Amen.

(1) Ex Hymnario S. Gregorii.

(2) In Homil. de Purific. B. M.



Revisione peracta, Saera Rituum Congregatio indulget, ut supra adnotatæ Formulae Benedictionum, et alia a Sancta Sede approbata Appendixis solummodo loco apponi valeant in fine Ritualis Romani modo edendi typis Saerae Congregationis de Propaganda Fide. Ex Secretaria Congregationis Saerorum Rituum. Die 16. Novembris 1864.

D. BARTOLINI S. R. C. *Secretarius.*

APPENDIX
AD RITUALE ROMANUM

AD USUM

PROVINCE QUEBECENSIS.

BENEDICTIO INFANTUM AGROTANTUM.

Sacerdos, inditus superpelliceo et stola albi coloris, intrans in cubiculum infantis agrotantis, dicit :

V. Pax huic domui.

R. Et omnibus habitantibus in ea.

Postea asperget aqua benedicta agrotum, lectum, ac cubiculum ejus, dicens antiphonam :

V. Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor.

R. Lavabis me, et super nivem dealabor.

Tunc, cum ministris suis dicit psalmum : Laudate, pueri, Dominum, etc., pag. 200.

Deinde canticum trium puerorum : Benedicite, omnia opera Domini, Domino, etc., pag. 203.

V. Ex ore infantium et lactentium.

R. Perfecisti laudem tuam, Domine.

V. Domine, exaudi orationem meam.

